Roſa Gallica aggrega

toris Lugdunẽſis domini Symphoriani Chãperij omnibus ſanitatẽ affectãtibus vtilis & neceſſaria. Quę in ſe cõtinet prę cepta, auctoritates, atq; ſentẽtias memoratu dignas, ex Hip pocratis, Galeni, Eraſiſtrati, Aſclepiadis, Diaſcoridis, Ra-ſis, Haliabatis, Iſaac, Auicẽnæ, multorũq; aliorũ clarorum virorum libris in vnum collectas: quæ ad medicam artem re ctãq; viuendi formã plurimũ conducũt. Vna cũ ſua pretio-ſa Margarita: De Medici atq; ęgri officio.



Vęnundatur ab Iodoco Badio.

DISTINCTIO OPERIS.

Sequentis operis Titulo Roſæ Gallicę inſigniti, generalis diſtinctio:cum ſummaria ordinataq; annotatione librorum in eo comprehenſorum.

Diſtinguitur hoc opus in duas partes principales.

In prima parte traduntur ſex res nõ naturales:quæ ſunt: Aer:Motus:& quies:Cibus,& potus: Somnus,& vigilia. Inanitio,& repletio. Et accidentia animæ.& hæc eſt Roſa noſtra gallica.

In ſecunda ponũtur quæ medico ſunt neceſſaria ad ægritudinum curationẽ.& hæc eſt pretioſa noſtra Margarita.

Prima pars in ſeptem ſecatur libros.

Primus de aere.ventis.Motu,& quiete.Coitu,& lauacris.
Secũdus de ſaporibus.Pane.Carnibus.Ouis.Lacte.Caſeo,& piſcibus. fo. 20
Tertius Liber,de holeribus:radicibus: ſeminibus:fructibus,ciborum condimentis. fo. 57
Quartus Liber.de Vino,& aqua. fo. 93
Quintus Liber.de Somno,vigilia,& inſomnio. fo. 105
Sextus Liber.de animę accidentibus. fo. 110
Septimus Liber.de inanitione,& repletione,& vomitib⁹ fo. 115

Secũda pars noſtrę Margaritę i duos diuiditur Libros.

Primus eſt de Medici,atq; ęgri officio ex traditionib⁹ grę corum,& latinorum. fo. 127
Secundus eſt de officio medici ex traditionibus nouitiorum:quos Neotericos noſtri appellant. fo. 130

¶ Ad reuerendiſſimũ in Chriſto patrẽ, dominũ Stephanũ Pócheriũ Pariſiẽſem Epiſcopũ Symphoriani Chãperij illuſtriſſimi Antonij ducis Calabrũ & Lotharingorum &c. medici primarij in opus ſuum quod Roſam Gallicã inſcripſit: Procemialis Epiſtola.

Vltiplex, ac varia eſt hoim rõ. alia alios delectãt: & qđ iſignis vates cecinit: Trahit ſua quęq; voluptas. Quid vero mihi cordi ſit: ſi qs roget: haud dubie reſpõderi: ex omi rerũ numero: nihil amicitia videri maius, nihil pclari⁹, nec qcq̃ oino pſtabili⁹. Quippe q̃ vna naturę hoís accõmodatiſſima eſt & hoiem maxie cõciliat homini ad vitę ſocietatẽ. Sed ea inter eos potiſſimũ exiſtit: quorũ de doctrina, & virtute opinio ſit: vt magis preſtare laudibus iudicentur. Quum igiť ſemper homines ego illos beatos putarim: q intus, foriſq; ſunt ſplendidiſſimi: in qbus & interiora, & exteriora ornamẽta collucẽt: quorum virtuti fortuna cõiuncta eſt: eo in numero tu cum primis Maxime antiſtes pcenſendus: in quo & animi, & fortunæ bona cõſpiciunť. Siqdẽ fortunis es opulentus: maieſtate epiſcopali venerabilis: virtute cultiſſim⁹. Et cũ religio atq; doctrina nodo pulcherrimo inter ſe copulatę cõſocienť tã q; bene cõueniãt, q̃ bñ gẽma auro cludiť: roſę lilijs cõtexũtur: í te connexio iſta religionis, atq; doctrinę tã decora, tã lucida, adeo decẽter ſplendicat: vt flos diſertorũ: gẽma ſacerdotũ eſſe videaris. Nec imerito. Religio eñ qua cõſtat mortaliũ vita, aios noſtros omni vitiorũ labe deterſa defęcat: emaculatq;. Doctrina exornat, & extollit. Sine qua nihil ſatis ornatũ: nihil ſatis cultũ eſſe põt. Tu cũ pbe ſci-

res claritudinẽ nataliũ parũ clarã eſſe ſine radiatiõe doctri-
nę,nitorẽq; familię parũ niteſcere ſine fulgore virtutis:nõ
tã proſapię tuę ſplẽdore,q̃ tibi in Gallia honoratiſſima eſt
q̃ rãdio literarum illuſtrari voluiſti.quæ te clarũ: fauorabi
lem:mõſtrabilem apud Gallos tuos,& ĩ primis apud chri-
ſtianiſſimũ,ac inclytiſſimũ Gallorum regem Ludouicum
duodecimũ effecerũt:q cũ te ex virtutibus cerneret eſſe cõ
pactum:te ex omnib⁹ potiſſimũ delegit quo iudice(quem
pręſidentẽ galliarũ primũ vulgo nominitãt) & cõſiliatore
peculiariter vteretur.Et ꝑfecto, vt inquit verſiculus ille ꝓ
uerbialis:Principis eſt virtus maxĩa noſſe ſuos: Rex chri
ſtianiſſimus princeps noſter: vtpote prudẽtiſſimus,circũ-
ſpectiſſimuſq;,tuam in rebus principalibus obeundis de-
xteritatẽ,prudẽtiã,eruditionẽ ſolerter, curioſeq; perſpici-
ens: te ex oĩbus vnũ exiſtimauit eſſe digniſſimum valde
q; idoneum:quem legatum ad pontificẽ maximũ Iuliũ ſe
cũdum deſtinaret.Te quoq; poſt renũciatam legationem
virtutis tuę pręcellẽtis haud immemor Rex tu⁹, te ex oĩ-
bus potiſſimũ delegit:quo cõſiliatore peculiariter vtere.
Deniq; vt vno vocabulo mĩta cõplectar, tu irreprehẽſibi
lis es:qđ ſane nomen eſt abſolutiſſimę virtutis . Et cũ ex
ritu ſolẽnitatis paſchalis,Roſam:qđ eſt põtificiũ inſigne
ſpectatiſſimũ,dare ſoleat legato exterarum gẽtium hono
ratiſſimo:cui honos quidam quaſi cumulus acceſſit ſplẽ-
dori illius legationis:ſic & Roſam noſtrã gallicã:in qua ſa
nitas tanq̃ gemma in auro recõditur,vti legato,& antiſtiti
Gallorũ honoratiſſimo dono tibi do:q cũ ſis doctrĩa ſin-
gulari pręditus:doctrinæ ꝓfeſſores amplecteris:ac foues.
Eſt em̃ ita natura cõparatũ:vt callẽs artis miretur artificẽ:
vt eruditus eruditionis amet antiſtitẽ.Et cũ libellorũ meo-
rũ ſtudioſum cupidũq; te cognoſcerẽ : cõpoſui e ueſtigio
Roſã hãc:ipſamq; nomini tuo nũcupati dedicaui. Quæ
vt eſſe poſſet monumẽtũ meę in te obſeruãtię numeroſũ:
atq; diuturnũ:curioſe elaboraui: vt ab impreſſore in mil-

le exemplaria vno quaſi momēto deſcripta,& formis ex=
cuſa ederetur vulgareturq;. Te queſo antiſtes maxime: q̄
tua eſt in rebus om̄ibus comitas,benignitaſq;: vt munuſ
culum hoc literarium hilari fronte, & obuijs(vt aiūt) ma=
nibus accipias. Q̄d te facturū habeo perſuaſiſſimū. Scio
enim apud epiſcopum opulētum,ac literatum,auro argē
toq; p̄tioſius eſſe id genus donationis:quæ ex promptu=
ario literario depromitur: quæ ſub incude Simphoriana
p̄cuditur. Interea tu antiſtes maxime cape vultu ſerenato
libellum hunc muſteum ſub tuo patrocinio editū,atq; ſub
tuo nomine inuulgatū. Q uē queſo feriat⁹ perlegas:cuius
argumētū,& materiā ex titulo cognoſces. Vale decus An
tiſtitū,& Simphorianū Champeriū: qui tibi deditiſſimus
eſt,mutuo amore cōplectere. Nec nō edulia hæc noſtra gu
ſtato:quorum adipata condimenta hominē interiorē pin
guedine quadam ſalutari poterunt ſaginare.

¶Habes cādidiſſime Lector in hoc indice nō oīa quę in hac ſanitatis Roſa cōtinent̄: ſed quędam magis ſelecta: & q̄ medicis noſtris rara ſunt. Tu eo candore legas: quo ego ipſa vt tibi minus eſſet laboris collegi. Et vale.

Index ordine literario.

De litera. A.

Acetoſum.lib.ij.parte.j.Cap.ij.
Acetoſa lib.iij.p.j.ca.ij. Acetū lib.iij.p.v.ca.4.
Acutum quid ſit lib.ij.parte.j.cap.ij.
Adipis natura lib.ij.par.ij.tract.iij.cap.ij.
Aeris natura lib.j.ca.iiij. Agnina caro lib.p.tract.& ca.ij.
Agreſta lib.iij.par.v.cap.ij. Allium lib.iij.par.ij.cap.ij.
Aloe.lib.vij.cap.iij. Amygdalæ lib.iij.p.iiij.cap.viij.
Animę accidentia lib.vj.cap.j. Anni tēpora lib.j.cap.vj.
Anſerina caro lib.ij.p.ij.cap.iij. Apiū lib.iij.p.j.cap.iiij.
Aquarū natura lib.iiij.cap.iij. Artes liberales.in Prologo.
Auellana lib.iij.parte.iiij.cap.ix.
Aurium ſubſtantia lib.ij.par.ij.cap.x.

¶De litera.B.

Balneum ſiue lauacrum lib.j.cap.ix.
Baſilicon lib.iij.par.j.cap.v. Blitis ibidē.cap.vj.
Bouina caro lib.ij.p.j.c.vj. Borrago lib.iij.p.j.cap.vj.
Bugloſſa lib.iij.p.j.cap.vj. Bulbus lib.iij.p.ij.cap.iij.

¶De litera.C.

Cameli caro lib.ij.parte.ij.tract.ij.cap.vij.
Cappari lib.iij.pte.iiij.cap.ij. Cariotę radix ibi.cap.iij.
Carnium proprietates lib.ij.par.ij.cap.j.
Caſei proprietas lib.ij.par.ij.tract.ij.cap.xiiij.
Caſia lib.vij.cap.iij. Caſtanea lib.iij.p.iiij.cap.x.
Caulium ſpecies lib.iij.par.j.cap.vij.
Cępe lib.iij.p.ij.cap.iij. Ceraſiū lib.iij.par.iiij.cap.xj.
Cerebri ſubſtantia lib.ij.par.ij.tract.ij.cap.x.

Ceruina caro lib.ii.parte.i.tract.ii.cap.vi.
Chryſomela non criſimilla lib.iii.par.iiii.cap.xiiii.
Cibus lib.ii.cap.i. Cibi delectabiles pte.i.cap.iiii.
Cicer lib.iii.par.ii.cap.iii. Cynamomū lib.iii.p.v.cap.xii.
Citrinum lib.iii.parte.iiii.cap.xii. Citri natura ibi.cap.xiii.
Citrullus lib.iii.parte.iiii.cap.iii.
Coitus quid ſit lib.i.parte.v.cap.viii.
Columbina caro lib.ii.parte.ii.tract.ii.cap.vii.
Condimenta lib.iii.parte.v.cap.i. fo 89
Cordis ſubſtantia lib.ii.parte.ii.tract.ii.cap.x.
Coriandrum lib.iii.parte.v.cap.xi.
Corporis materia lib.i.cap.ii. Corpus ſanum lib.i.cap.iii.
Cothurnicis caro lib.ii.parte.ii.tract.ii.cap.viii.
Crocus lib.iii.parte.v.cap.xiii.
Cucurbita lib.iii.parte.iiii.cap.iiii.
Cutis ſubſtantia lib.ii.parte.ii.tract.ii.cap.x.
¶ De litera D.
Dactylus lib.iii.parte.iiii.cap.xv.
Dulce lib.ii.parte.i.cap.ii.
¶ De litera E.
Emila ſeu Enula lib.iii.parte.ii.cap.iiii.
Endiuia lib.iii.parte.i.cap.viii.
Epatis aut hepatis ſubſtantia lib.ii.par.ii.tract.ii.cap.x.
Ericij caro lib.ii.parte.ii.tract.ii.cap.vii.
Exercitium quid ſit lib.i.cap.vii.
¶ De litera F.
Faba lib..ii.parte.iii.cap.iii. Faceolus ibidem cap.v. fo 75
Fœniculū lib.iii.parte.iii.cap.x.
Ficus lib.iii.parte.iiii.cap.xvi.
Frumentum lib.iii.parte.iii.cap.iiij.
Fructuum natura lib.iii.pte.iiii.cap.j. Fungi ibidē.ca.v. fo 77
Furor lib.vj.cap.ij.
¶ De litera.G.
Galanga lib.iij.parte.v.cap.xiiij.

Gallinarũ caro li.ij.p.ij.tract.iij.ca.ij. Gallinacea ibi.ca.vj.
Gariophili lib.iij.parte.v.cap.xiiij.
Gaudium lib.vj.cap.v. Gruis caro li.ij.p.ij.tract.iij.ca.ix.
Gutturis ſubſtantia lib.ij.parte.ij.tract.iij.cap.x.

De litera.H.

Hœdina caro lib.ij.parte.ij.tract.ij.cap.j.
Holerum natura & proprietates lib.iij.cap.j. fo: 64.
Hominum prima origo lib.j.cap.j.
Hyſſopus herba lib.iij.cap.xj.

De litera.I.

Imaginatio lib.vj.cap.iiij. Inanitio lib.vij.cap.j.
Iniubę lib.iij.parte.iiij.cap.xviij. Inuidia lib.vj.cap.iiij.
Inteſtinorum ſubſtantia lib.ij.par.ij.tract.iij.cap.x.
Intyba.i.Cicorea lib.iij.parte.j.cap.xij.
Ira & Iracundia lib.vj.cap.ij.

De litera.L.

Labra lib.ij.parte.ij.tract.ij.cap.x.
Lactis natura lib.ij.tract.iij.cap.xiij. fo. 57.
Lactuca lib.iij.parte.j.cap.xiij. Lenticulę lib.iij.p.iij.ca.vj.
Limon lib.iij.pte.iiij.cap.xix. Lupini lib.iij.p.iij.cap.vij.

De litera.M.

Malagranata lib.iij.parte.iiij.cap.xvij.
Mamillarũ ſubſtãtia lib.ij.pte.ij.tract.iij.cap.xj.
Manna lib.vij.cap.iij. Mel.lib.iij.parte.v.cap.vj.
Meliſſa lib.iij.pte.iij.cap.viij. Melon lib.iij.pte.iiii.cap.vij.
Membra animalium lib.ij.parte.ij.tract.iij.cap.xj.
Mẽta li.iij.p.iij.ca.viij. Merularũ caro li.ij.p.ij.tra.iij.ca.ix.
Meſpilorum natura lib.iij.parte.iiij.cap.xx.
Milui lib.iij.pte.iij.cap.viij. Mirabolanum lib.vij.cap.iij.
Mora lib.iij.parte.iiij.cap.xxj.

De litera.N.

Napis lib.iij.p.ij.ca.v. Nariũ ſubſtãtia li.ij.p.ij.tra.iij.ca.x.
Naſturtium lib.iij.parte.j.cap.xv.
Nuchę ſubſtantia.lib.ij.parte.ij.tract.iij.cap.x.

Nuces li.iij.p.iiij.cap.xxij.Nux muſcata.li.iij.p.v.ca.xv.

¶De litera.O.

Oculorum ſubſtantia lib.ij.pte.ij.tract.iij.cap.x.
Odium lib.vj.cap.ij.Oleum lib.iij.pte.v.cap.iij.
Ordeum lib.iij.parte.iii.cap.ix.
Ouorum natura lib.ij.parte.ij.tract.iij.cap.xij.

¶De litera.P.

Panis bonitas lib.ii.parte.i.cap.iiii.
Paſſerum caro lib.ij.par.ii.tract.iij.cap.ix.
Paſtinaca lib.iii.parte.ii.cap.v.
Pauonis caro lib.ii.pte.ij.tract.iii.cap.v.
Pedum ſubſtantia lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.x.
Pentaphyllon lib.iij.par.i.cap.xvi.
Perdicis caro lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.vj.
Perſica lib.iii.parte.iiii.cap.xxiiii.
Petroſelinum lib.iii.parte.i.cap.xvj.
Phaſiani caro lib.ii.parte.ii.tract.ii.cap.vii.
Pineę lib.iii.parte.iiii.cap.xxvj.
Pinguedo lib.iii.parte.v.cap.xvj.
Pinguedinis natura lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.x.
Piper lib.ii.parte.v.cap.xvi.Pyra lib.iii.pte.iiii.cap.xxv.
Piſcium ſpecies & natura lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.xv. fo.61.
Poma lib.iii.parte.iiii.cap.xxvii.
Ponticitas lib.ii.parte.i.cap.ii.
Porcina caro lib.ii.par.ii.tract.ii.cap.iii.
Porrum lib.iii.parte.ii.cap.vj.
Portulaca lib.iii.par.i.cap.xvi.Potus lib.iiii.cap.i.
Pruna lib.iii.parte.iiii.cap.xxviii.
Pulmonis caro lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.x.
Purgatio lib.vii.cap.iii.

¶De litera.R.

Radicum natura lib.iij.parte.ii.cap.i.
Rapa lib.iii.parte.ii.cap.vii.Raphanus ibidē.cap.viii.
Renum ſubſtantia.lib.ii.par.j.tract.iii.cap.x.

Repletio lib.vii.cap.j.Rha barbarũ lib.vii.cap.iii.
Rizum lib.iii.parte.iii.cap.x.
Roſmarinus lib.iii.parte.j.cap.vii.Rutha ibidem. fo. 19.

¶De litera S.

Sacharum ſeu zuccarum lib.iii.parte.v.cap.vii.
Saliua lib.iii.parte.j.cap.viii. Salſum.lib.ii.parte.i.cap.ii.
Sanguinis ſubſtantia lib.ii.parte.i.tract.iii.cap.x.
Sapa lib.iii.parte.v.cap.v.
Saporum ſpecies & differentię lib.ii.cap.ii.
Scalonia lib.iii.parte.ii.cap.iii.
Seminum natura lib.iii.parte.iii.cap.j.
Siccitas lib.ii. pte.ii.cap.ii. Siliquę lib.iii. p.iiii.cap.xxix.
Sinapis lib.iii.parte prima.cap.viii.
Sorba lib.iii.p.iiii.ca.xxix.Sparago lib.iii.pte.i.cap.viii.
Splenis ſubſtantia lib.ii.parte ſecũda.tract.iii.cap.x.
Spelta lib.iii.pte.iii.cap.iiii.Spinachiæ lib.iii.p.j.cap.viii.
Stomachi ſubſtantia lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.x.

¶De litera T.

Tamarnodi lib.vii.cap.iii.
Teſticulorum ſubſtantia lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.x.
Timor & triſtitia lib.vj.cap.iii.
Tubera lib.iii.parte quarta.cap.vi. Turturis caro lib.ii. tract.iii.cap.vii.
Turdorum caro ibidem.cap.x.

¶De V & Z.

Venti lib.i.cap.v.Vigilia lib.v.cap.iii.
Vinum lib.iiii.cap.ii.Vitulinę carnes lib.ii.p.i.tract.ii.ca.ii.
Vnctuoſitas lib.iij.parte.i.cap.ii.
Volucrum caro lib.ii.parte.ii.tract.iii.cap.i.
Vomitus lib.vii.cap.ii.Vrſi caro lib.ii.p.ii.tract.ii.ca.vii.
Vua lib.iii.parte.iiii.cap.xxx. fo 37
Zinziber lib.iii.parte.v.cap.xviii.
Zuccarum lib.iii.parte.v.cap.vii.

Finis.

¶Index Librorum qui in hoc volumine cōtinent.

¶Libri Primi Capita. fo. 3

DE primo hominum ortu. Cap.j.
De corporis materia. Cap.ij.
De ſano corpore.Cap.iij. De Aere.Cap.iiij.
Problemata & collectiones de aere.Cap.eodē.
De ventis cum Problematis & collectionibus. Cap.v.
De quatuor anni temporibus. Cap.vj.
Problemata & Collectiones de temporibus.Cap.eodem.
De exercitio.Cap.vij.Problemata & Collectiones de eo-
dem. Cap.eodem.
De coitu cū ſuis problematib⁹,& collectionibus. Ca.viij.
De [illegible] problemata,& collectiones. Cap.ix.

¶In Lib.II.hæc continentur. fo. 20

¶Qui cibi aut valētis aut medię aut ibecillę materiæ ſint
cum ſuis problematibus. Cap.j.
De ſaporū differētijs cū ꝓblematib⁹ & collectionib⁹. ca.ij.
Queadmodū ſanos agere conueniat cum ſuis collectioni
bus & problematibus. Cap.iij.
De pane cum ſuis problematibus & collectionib⁹. Ca.iiij.

¶Partis ſecundę Lib.II.Capita. fo 37

¶De carnibus in vniuerſum cum ſuis problematibus &
collectionibus, Cap.vnicum.

¶Secundi tractatus Partis ſecūdę Lib.II.Capita. fo. 41

¶De carne hœdina & de hœdis collectiones. Cap.j.
De agnina carne cum ſuis collectionibus. Cap.ij.
De carnibus vitulinis cum ſuis collectionibus. Cap.iij.
De carne porcina cum ſuis collectionibus. Cap.iiij.
De Bobus cum ſuis collectionibus. Cap.v.
De carnibus leporinis,cuniculorum,& vulpis,cū ſuis col
lectionibus. Cap.vj.
De ceruina carne cum ſuis collectionibus. Cap.vij.

De carne capreoli. Cap.eodem.
De carnibus ericij,vrſi,cameli. Cap.viij.
¶ Tractatus.iii.parte.ii.lib.ii.Capita.
De carne volucrum cum ſuis collectionibus. Cap.i.
De gallinis cum ſuis collectionibus. Cap.ii.
De anſerina carne & anatis cũ ſuis collectionib⁹. Cap.iii.
De columbis cum collectionibus. Cap.iiii.
De pauonibus cum ſuis collectionibus. Cap.v.
De perdice cum ſuis collectionibus. Cap.vi.
De phaſianis cum ſuis collectionibus. Cap.vii.
De coturnicibus cum collectionibus. Cap.viii.
De gruibus cum ſuis collectionibus. Cap.ix.
De carne turdorum merularũ & paſſerum. Cap.x.
De membris animalium cum collectionibus. Cap.xi.
De cerebro nucha oculis naribus aurib⁹ labris cute guttu re corde pulmone inteſtinis ſplene teſticulis mamillis re nibus pedibus ſanguine adipe pinguedine. Cap.eodẽ.
De ouis cum ſuis collectionibus. Cap.xii.
De lacte cum ſuis collectionibus. Cap.xiii.
De caſeo cum ſuis collectionibus. Cap.xiiii.
De piſcibus problema & collectiones. Cap.xv.
¶ Libri Tertij Capita.
De holeribus in vniuerſum. Cap.i.
De holeribus cũ ſuis ꝓblematis & collectionibus. Cap.ii.
De acetoſa. Cap.iii. De Apio. Cap.iiii.
De natura baſiliconis. Cap.v.
De borragine,blite,bugloſſa. Cap.vi.
De caulibus. Cap.vii. De endiuia. Cap.viii.
De ruta.cap.ix. De fœniculo.cap.x. De hyſſopo.cap.xi.
De intybo. Cap.xii. De lactuca. Cap.xiii.
De menta,meliſſa. Cap.xiiii. De naſturtio. Cap.xv.
De portulaca pentaphyllone & petroſelino. Cap.xvi.
De ruta & Roremarino. Cap.xvij.
De Spinachijs,Sparagine,ſaluia,ſinapi. Cap.xviij.

¶ Partis ſecundę, Lib. iii. Capita. fo. 70
¶ De radicibus. cap. i. De allio. cap. ii.
De ſcalonia & cępe. cap. iii.
De natura ęmilę & cariotę. cap. iiii.
De napis & paſtinacis. cap. v.
De porris. cap. vi. Rapis. cap. vii. Raphano. cap. viii.
¶ Partis tertię, Lib. iii. Capita. fo. 73
¶ De ſeminibus in vniuerſum. cap. i.
De cicere cap. ii. Faba. cap. iii.
De natura frumenti & ſpeltę. cap. iiii.
De faſceolis. cap. v. Natura lentis. cap. vi.
De natura lupinorum. cap. vii. Milij. cap. viii.
De hordeo. cap. ix. Rizo. cap. x.
¶ Partis quartę, Lib. iii. Capita. fo. 77
¶ De natura fructuū cū ꝓblematis & collectionib⁹ cap. i.
De natura capparum. cap. ii.
De natura citrullorum & cucumerum. cap. iii.
De natura cucurbitę. cap. iiii. Fungorum. cap. v.
De natura tuberum. cap. vi. Melonum. cap. vii.
De amigdalis. cap. viii. Auellanis. cap. ix.
De caſtaneis. cap. x. Ceraſis. cap. xi.
De coctanis. cap. xii. Citro. cap. xiii. Chryſomelis. ca. xiiii.
De dactylis. cap. xv. Ficubus. cap. xvi. Granatis. ca. xvii.
De iniubis. cap. xviii. De limonibus & Arantijs. cap. xix.
De meſpilis. cap. xx. Moris. cap. xxi.
De natura nucum vſualium. cap. xxii.
De oliuis. cap. xxiii. Perſicis. cap. xxiiii.
De natura pyrorum. cap. xxv. Pinearum. cap. xxvi.
De pomis. cap. xxvii. Prunis. cap. xxviii.
De ſorbis & ſiliquis. cap. xxix. Vuis. cap. xxx.
¶ Partis quintę, Lib. iii. de condimentis. Capita. fo. 88
¶ De condimentis, & de eis problemata. cap. i.
De natura adipis. cap. ii. Olei & butyri. cap. iii.
De aceto. cap. iiii. Agreſta. cap. v. Melle. cap. vi.

De zuccaro cap.vij.Vino cocto.viij.Sale.ix.
De Aniſo cap.x.Coriandro.xj.Cynamomo.ca.xij.
De croco.cap.xiij.Galanga & Gariophylis.cap.xiiij.
De nuce muſcata.ca.xv.Pipere.xvj. Zinzibere.ca.xvij.
Libri Quarti Capita. fo. 93
De potu problemata & collectiones.cap.j.De Vino.ca.2.
De natura aquarum problemata & collectiones.cap.iij.
Libri Quinti Capita. fo. 105
De Somno & vigilia.cap.j.
De Inſomnijs.cap.ij.De Vigilia.cap.iij.
Libri Sexti Capita. fo. 110
De accidētib⁹ aiē.ca.j.De ira,iracūdia,odio,& furore.ca.ij.
De timore & triſtitia.cap.iij.
De inuidia & imaginatione.cap.iiij.
De gaudio,cum ſuis collectionibus.cap.v.
Libri Septimi Capita. fo. 115
Quę corpora euacuanda ſunt:& de quatuor humoribus.
problemata & collectiones de eadem re.cap.j.
De vomitibus cū ſuis ꝓblematib⁹ & collectionib⁹.cap.ij.
De deiectione ſeu purgatione humorum ꝓblemata & col lectiones.ca.iij.
Margaritæ Sanitatis Capita. fo. 123
DE medici officio.cap.j.
De fine ęgritudinis & criſi.cap.ij.
Quatuor naturę ſtatus.cap.iij.
Tēpora anni quatuor a medico cōſiderādа.c.4.
De affinitate lunæ cum noſtris corporibus.cap.v.
Quo anni tempore medicamē adhibendum.cap.vj.
De caloris & humoris corruptione.cap.vij.
Deprehenſiones ſolutæ ægritudinis.cap.viij.
Deprehenſio nō perfecte ſolutæ ægritudinis.cap.ix.
Pręſagium diei in quo moriturus eſt homo.cap.x.
Quādo in acutis ęgritudinib⁹ inſpicere finē debeat.ca.xj.
Qꝫ peritus noſſe pōt qua hora ęger ſit moriturus. ca.xij.

De abſtinētia cap.xiij.De detractiōe ex Galeno.cap.xiiij.
Quo tempore ſit detrahendus ſanguis.cap.xv.
De arterię ſectione.ca.xvi.Cucurbitula.cap.xvii.
De ſcarificatione.cap.xviii. Sanguiſugis.cap.xix.
De humido radicali conſeruando.Cap.xx.
Quę mollificāt vētrē nutriētia.c.xxi. De cōdimētis.c.22.

Quæ in ſecundo Libro Margaritæ cōtineantur.

Qualiter ægritudo cognoſcitur.§.j. De virtute forti.§.ii.
Qualiter conſyderanda ſit virtus infirmi.§.iii.
Dięta in acutis ægritudinibus.§.iiii.
Nutricatio nō mēſuratur niſi ſecūdum ſtatus propinquitatem.§.v.
De cauſis ægritudinum.§.vi.
De alteratione & phlebotomia.§.vii.
De euacuatione.§.viij.
Aegritudines curantur per contrarium.§.ix.
Aegritudines ex defectu.§.x.
Qualiter euacuandum ſit corpus.§.xi.
A quibus medicinis ſit incipiendum.§.xii.
Mutatio vehemens vitanda eſt.§.xiii.
Iuuamen Enematis.§.xiiii.
De digeſtione ante pharmacum.§.xv.
De digeſtione in chronicis ægritudinibus.§.xvi.
Euacuatio reiteranda eſt ſępius.§.xvii.
De frigidis medicinis.§.xviii.
Quæ ſtupefaciunt.§.xix. De ſedatione doloris.§.xx.
Maiorem oportet habere ſollicitudinē de re quę maiorem incutit terrorem.§.xxi.
De medici doctrina.§.xxii.
Peroratio & deprecatio.§.xxiii.

FINIS.

Humaniſſimo & vndecunq; doctiſſimo domino Alberto de Podio apollineę artis ꝓfeſſori meritiſſimo, Chriſtianiſſimi regis Ludouici. xij. cōſiliario atq; phyſico exptiſſimo, Stephanus de Barro Tullēſis atq; phyſicus. S. P. D.

VErſanti mihi cū Symphoriano Hippocrate illo rediuiuo (vt medicam artem a viro tā famato diſcerem) doctor egregie, ac nōnunq̄ percōtanti de his quos in ſuorū voluminū fronte videbam inſertos, cum forte fortuna de te ſermo oriret̄: tanta de tui nominis celebritate occurrebant: vt non modo ſuis pręconijs, verum laudibus apollineis, indicarēt extollendum. Quo factū eſt: vt Symphorianus ipſe (q̄uis imperare poſſet) me deprecaretur: vt huic opuſculo, ad te epiſtolium pręponerem: quo lectores tanti viri auctoritate illecti ad lectitādū incitarētur. Verū etſi diutiꝰ reluctatꝰ fuerim ob linguę meæ balbutientis ineptiam: tamen eius precibus victꝰ ſuccubui: neq; acquieſcere nō potui. Parce igitur mihi vir pręſtātiſſime, qui craſſa minerua imbutus, ad te perfricata fronte, auſim ſcribere. Parcātq; lectores optimi ſi inter has tricas legēdum quicq̄ impoſitū inueniant: qđ aures eorū delicatas offendat. Vale. ex Nanceio tertiodecimo Calendas Maias. M. DXIIII.

Aſcenſius Lectori. S.

Quæ fragrat hæc digitis ROSA Gallica lecta diſertis,
  Longe eſt Pęſtanis anteferenda iugis.
Vix paradiſiacis talem decerpſeris aruis:
  Quæ ferāt in morbos quoſlibet antidotum.
Hanc legat: ante cibum quiſquis vult ſanus haberi:
  Poſtq; cibum qui ſit iugiter incolumis.
At qui ferre cupit miſeris releuamina lapſis:
  MARGARIS eſt illi conſocianda ROSAE.

Prologus in Roſam Gallicã domini Symphoriani Champerij Lugdunenſis. Ad eloquẽtiſſimũ antiſtitem Hugonem de Hazardis, epiſcopum ac comitem Tullenſem Lotharingiæ præſidentem digniſſimũ, dominũ ſuum longe obſeruandum.

DEterruere me in hũc vſq; diem quo minꝰ ad te ſcriberem: qđ pridem efflagitaras: tum nõnulli ſtudiorum: tum graues quidam aliarũ rerum labores. Atqui noſti (vt ip̃e arbitror) quænam animũ diutius exagitauerint curę: queq; me negotia implicuerint nõ ignoras. Qđ ſi immodeſtius factum ſit: queſo te mihi ignoſce: ſin familiariꝰ actum exiſtimas/ gaudeo mihi, ac tibi habeo gratiã. Sed tu ſi recte memini varias medicorũ diſciplinas: & eorum quandã veluti ſeriem poſtulas: quę res illuſtrata & cognita maximũ non ſolum literarũ rudibus: ſed etiam doctis hominibus adiumẽtum pręſtat. Pręſertim cum nonnullos ſępe fallat harum rerum, ac diſciplinarũ ignoratio. Ego vero tuæ iſti voluntati nõ inuitus morem geſſerim: quando tua tantũ apud me ponderis auctoritas habet vt nihil mihi pene gratius ſit: q̃ id efficere: qđ charũ tibi atq; iucundũ fore intellexerim. Ac mihi quidẽ cogitãti vnde potiſſimũ exordiendũ foret/ id nequaq̃ longioribus inueſtigãdũ viſum eſt/ a quibꝰ medicina id eſt ſanatiua ars fluxerit ac ꝑmanauerit hominum nationibꝰ. Nã magna hac de re apud viros etiã eruditiſſimos diſſenſio eſt. Vñ apud

græcos dicũt excultã primo:apud quos vetuſtiſſim⁹ ſane author Aeſculapi⁹ celebrat̃:qui ꝗ adhuc rudem: & vulgarem hãc artem paulo ſubtilius excoluit: in deorũ illorum numerũ receptus eſt. Ariſtarchus porro arbitratur ab incantamẽtis incepiſſe medicinam. quidã a remedijs aduerſum toxica. Alij eam quę vulnerib⁹ mederetur, fuiſſe primam. Alij vno contẽdunt tẽpore medicamina ſimplicia: & victu medicamen: & incantamẽtum extitiſſe. Aeſculapio certe duo fuiſſe filij ꝑhibent̃ ambo medici, Podalyri⁹ & Machaon Homerico carmine laudati:qui ducẽ ad troianum bellum Agamemnonẽ ſecuti:nõ mediocrem opem cõmilitonibus ſuis attulerũt:quos vulnerib⁹ duntaxat ferro & medicamẽtis mederi ſolitos eẽ tradidit Homer⁹. Ex quo apparet has fuiſſe medicinæ ꝑtes vetuſtiſſimas. Hos ſecutus ex eadẽ ſtirpe eſt ex Co inſula Hippocrates medicorum omniũ quot ſunt: quotq; fuere facile princeps. Is tẽplo Aeſculapij cremato:vt Varro perhibet:medicinã eam inſtituit:quę clinice vocitata eſt. Hippocratis nimirũ cuius hodie quoq; ſexaginta de arte medicinę extãt volumina, doctiſſim⁹ interpres fuit Galenus:qđ ipſemet de ſe profitetur: ſicut Arabs Auicẽna ſe Galeni viciſſim eẽ ait interpretem. Hippocratem igitur cum primũ ex omnib⁹ memoria dignum virũ:& arte & facundia inſignem: Diocles Caryſti⁹ ſecut⁹ eſt. Inde Praxagoras & Chryſippus: qui ingẽtis garrulitatis arguitur: cuius Eraſiſtratus diſcipulus Ariſtotelis filia genit⁹. is Antiocho rege ſanato centum talẽtis donat⁹ eſt a rege Ptolemęo eius filio. Hinc alia factio ab experimẽtis Empirice noĩata cœpit in Sicilia a Creonte agrigẽtino: Empedoclis phyſici authoritate cõmẽdato. Ac de medicinæ quidẽ inuẽtiõe hacten⁹. ¶ Nũc quę ſint neceſſaria medico inſpiciamus. Quęritur a q̃buſdã inquit Iſidorus etymologiarũ lib. iiij. quare iter cęteras liberales diſciplinas medicinę ars nõ cõtineatur. Reſpõdet propterea:quia illę ſingulares cõtinẽt cauſas:iſta vero om

ſiliũ. Nã & grãmaticã medicus ſcire iubetur: vt itelligere vel exponere poſſit quę legit: quę in duas partes ſciditur: Recte loquẽdi ſciẽtiã: cũ qua ſcribẽdi ratio iũgit: & poetarũ enarrationẽ: quã precedit emendata lectio: quę & ꝓpter metroꝶ modulos: & rhythmoꝶ cõſonãtiã: muſicã quoq; diſciplinã annectit, ac multarũ artium aſciſcit peritiam. Similiter & rhetoricã medicus ſcire iubetur: vt veracibus argumẽtis valeat definire quę tractat, quę vel conciliat auribus voluptatẽ, vel ad quãdam virtutum ſpeciem, mẽtem atq; animũ legẽtis hortatur: cuius id maxime propriũ eſt vt quæ vere geſta ſunt in alias ſpecies obliquis figurationib⁹ cũ decore aliquo cõuerſa traducat. Necnõ & dialecticã medicus ſcire tenet̃ ꝓpter infirmitatũ cauſas rõne adhibita pſcrutãdas atq; curãdas: q̃ docet rẽ vniuerſam diſtribuere in partes: latentẽ explicare definiẽdo: obſcurã explanare iterprãdo: ambiguã primũ videre, deinde diſtiguere: poſtremo habere regulã: qua vera & falſa iudicãtur: & quę quib⁹ propoſitis: quęq; nõ ſint cõſequẽtia. Ars oĩm artiũ precipua quaſi lux quędã eorũ q̃ ab alijs cõfuſe aut reſpõdẽtur: aut agũtur. Sic & Arithmeticã propter numerũ horarũ in acceſſionibus & periodis dierũ medicus notã habebit. Illa eñ quodãmodo reliquarũ mater numeros contẽplatur. Non aliter & Geometriã ꝓpter qualitates regionũ & locorũ ſitus: ĩ quib⁹ doceat q d quiſq; obſeruare debeat. Ipſa eñ dimẽſiones, formas: ac figuras contẽplat̃. Porro muſica incognita illi nõ erit. Nã multa ſunt q̃ in ęgris hoĩbus p hãc facta legunt̃: ſicut de Dauid legit̃. Qui a ſpũ imũdo Saulẽ arte modulatiõis eripuit. Aſclepiades quoq; medicus phreneticũ quẽdã per ſymphoniã priſtinę ſanitati reſtituit. Muſica vero neruorũ vocũq; cãt⁹: q̃ primũ mũdi cõcẽtũ efficit: humanæ fabricę harmoniã cõponit: mox ad neruoꝶ: & vocũ trãſlata modulos: magnũ cũ ſapiẽtia, & diuinarũ rerũ cognitiõe videt̃ habere cõmerciũ: quã cũ literis gymnaſtica figuratiõe plęriq; olim apud grecos di

ſcebāt iuuenes. Porro & phyſicam medicus ſcire iubet/q̄ peruestigat mobile corpus:quia mouetur & quieſcit:natu ralium cōpoſitorū rimatur elemēta:cauſarū genera inqui= rit:tranſmutationis formā edocet: ortum rerū atq; interi= tum oſtendit:& eorū varietatem quæ oriūtur/& occidunt. ſimplicia vero corpora & mixta:pfecta atq; impfecta/ani mata atq; inanimata:& ad nobiliſſimā vſq; itellectiuā ho minis formā ſpeculādo progreditur. Poſtremo & Aſtro= nomiā notā habebit:per quā cōtēpletur rationem aſtrorū & mutationes tēporum. Nam ſicut ait quidam medicorū cum ipſorum qualitatibus & noſtra corpora cōmutātur. Hic eſt q medicina ſecūda philoſophia dicit. Vtraq; eīn diſciplina (vt Iſidoro placet) totū hominē ſibi vendicat. Nam ſicut p illā anima:ita per hunc corpus curatur. Sed cum de humano corpore ars vna ſit:duę tamē ſunt pręci puę & maximę eius partes. Vna quidem ſanitatem:altera vero curas prętendēs. At quoniam tum dignitate:tū tem pore prior eſt ęgritudine ſanitas: nos quoq; in hac ſanita= tis Roſa quo pacto cuſtodiēda ſanitas videatur,dicendū arbitramur. Sed nec putes me vir ſacratiſſime q cōfugiā ad gētilis hoīs auctoritatem,ideo redarguendū. Ait enim Auguſtinus:philoſophi ſi quę fidei noſtræ cōſentanea di xerūt:non ſolum formidanda nō ſunt: verū etiam ab eis tanq̄ ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrū conuerten da. Sed neq; vitio det q in hāc gallicā Roſam aliena cō= geſſerimus. Nam appetitus contumaciam reſtinguere no ſtrum eſt iſtitutū. id ſeu noſtris cōſiliis fiat ſeu alienis:q̄d ad hominē ſane viuere volentē? De Chryſippo cuius tan tū fuit in dialectica nomē,aiūt,q teſtimoniorū nube vſus fuerit: & quibuſdā ſuis opuſculis totā Euripidis Medeā inſeruerit. & Apollodorus Atheniēſis de eo dixit: ſi quis tollat de Chryſippi libris q̄ aliena ſunt:charta vacua relin= quet. Plinianæ ſentētię cauſtica vis ineſt:quā quia poteſt luxuriantē voluptatem reprimere:tanq̄ pharmacū oppor

tunum & fomētū ſalutare porrigimus. Ad id tamē qđ di‑cit, hominē naſci nudum, Ariſtoteles de gñatiōe anima lium libro ſecūdo reſpondit dicēs. Homo nudo maxime omniū & intecto corpore naſcit: quoniā minimū in eo ter reni recremēti: q̄ cauſa facit vt vngues q̄ minimos ꝑ por tione ſortiat. Solam ſanitatem natura nobis reliquit. Non enim ſat eſt viuere: niſi & ſane viuamus: quoniā eccleſia‑ſtico teſte, Non eſt cēſus ſup cēſum ſalutis corporis. Quā ta igit vtilitas ſit, hic patet: q artes q̄ ad bñ viuēdū dirigū tur, abſq; hui⁹ auxilio parum ꝓdeſſe videtur. Non enim bene viuere poſſumus niſi viuam⁹. Neq; breuiſſimo hoc vitæ tēpore in quauis facultate multū ꝓficere, niſi valea‑mus bene. Neq; facile multū apud homines deumve me‑reri: niſi diu ſobriiq; viuam⁹. Omnē vero huiuſmodi fa‑cultatē quā diligentia medicinæ ſuppeditat, Roſa iſta in ſe continet. Sed habes vir ſacratiſſime: quæ poſcebas, ſa‑tis (vt arbitror) cumulate. Q; ſiqua forte deſint: ne mole‑ſtum ſit vt me q̄primum certiorem facias. Nam & iis quę ſcripta ſunt ſimodo iuſſeris multa ſubnectam. Demū ve ro oro te: vt quæ ex multis nec ſatis vt ipſe arbitror explo ratis locis deprompta ſunt: optimo accipias animo: & in arcula ipſa tua theſauroq; reponas. Hæc eſt præſulū præ‑ſtantiſſime farrago Roſæ noſtræ: quæ tuo freta auſpicio ſecura in publicum progredietur: atq; intrepida reliquorū ſubibit cenſuram: nec maledicorum aut inuidorum expa ueſcet vaniloquium. Vale literatorum amator. Ex Nāceio Anno. MDXIIII.

Domini Symphoriani Chãperij Sereniſſimi ducis Calabrum,& Lotharingorum,ac Barrenſium &c.medici primarij, Roſa Gallica in ſeptẽ libros diuiſa fœliciter incipit.

De primo hominum ortu:& ꝙ deus ſubiecit omnia ſeruituti hominum. Caput.I.

Hominũ prima generatio(vt teſtis eſt Diodor⁹) apud prę ſtãtiſſimos viros q de natura reꝝ tradiderũt,duplex fertur.Quidam enim ingenitũ mũdũ & incorruptibilẽ & genus hoĩm ſine vllo ort⁹ pricipio ab ęterno fuiſſe opinati ſunt.Cuius ſententię teſte Cẽſorino fuerũt Archytas Tarẽtinus:Pythagoras Samius:Xenocrates: Ariſtoteles Stagirites:multiq; alij peripatetici idem ſenſerunt:dicẽtes omniũ q̃ in ſempiterno iſto mũdo fuerũt:& futura ſunt:principium fuiſſe nullũ. Sed orbẽ eſſe quendam generantium naſcentiũq;:in quo vniuſcuiuſq; geniti initium ſimul & finis eſſe videat̃.Verũ ne huiuſmodi ineptias referẽdo probare videamur: ea quæ ſacris continent̃ literis:ac longe veriora ſunt: aperiamus.Primus igit̃ hominũ ortus apud Iudæos fuit.Deus enim diuũ pater atq; hominũ rex(vt poeta ait)ꝑfecto mũdo auctore Ioſepho in primo antiquitatũ volumine,Adã primũ omniũ ex limo hominẽ fecit.Dicẽte etiam Ouidio Natus homo eſt:ſiue hũc diuino ſemine fecit Ille opifex rerum &c. Vnde Lactantius in.vj. non indecenter hominem dei ſimulacrum appellat. Itẽ de opificio dei:vas eſt

inquit quodāmodo fictile: quo animus id eſt hō ipſe verus cōtinet: & quidem non a Prometheo fictum (vt poetę loquunt) ſed a ſummo illo rerū cōditore & artifice deo. Et Cicero hoc idē tradidit q̄uis expers cęleſtium literarum in primo de legibus ſic ſcribēs: hoc animal ꝓuidum: ſagax multiplex: acutum: memor: plenū rationis & cōſilij: quem vocamus hominē: pręclara quadam conditione generatū eſſe a ſummo deo. Solus enim eſt ex tot animātiū generibus atq; naturis particeps rationis & cogitatiōis: quū cętera ſint omnia expertia. Et vt diuus Auguſtin⁹ in libro Soliloquiorū capite.xx.ait. Om̄ia ſub pedibus hominis ſubiecisti: vt ſolus hō totus tibi ſubijceret. Et vt tuus tot⁹ homo eſſet ſuper omnia opera tua dominatus eſt homo. Exteriora nēpe ꝓ corpore cuncta creaſti: ipſum vero corpus ꝓ anima: animā vero ꝓ te: vt tibi ſoli vacaret, & te ſolum amaret: poſſidens te ad ſolatium: inferiora ad ſeruitium. Quicquid em̄ cęli ambitu cōtinetur inferius ab anima humana eſt: quę facta eſt vt ſummū bonū ſuperi⁹ poſſideret cuius poſſeſſione beata fieret: cui ſi adhęſerit, cūctorū mutabilium inferiorū neceſſitudines ſupergrediēs illius ſummę maieſtatis cuius æmulatur ſpeciem, ęternę immortalitatis faciem cum ſecuritate videbit. Tunc vero illis bonis optimis fruetur in domo domini, quorum comparatione cuncta hæc quæ hic cernimus velut nihilum computant. Illa ſunt quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcenderunt quę pręparauit deus diligētibus ſe. Et hæc quidem domine daturus es animæ: his etiam quotidie lætificas animas ſeruorum tuorū, qui amas animas. Quid miror hęc domine deus meus: imaginē q̄ppe tuam honorificas: & ſimilitudinē tuā ad quā creatæ ſunt. Nā & corpori noſtro licet adhuc corruptibili & ignobili, vt videret dediſti cæli claritatem ꝑ manū miniſtrorū tuorū indeſeſſorum ſolis & lunę: q pręcepto tuo iugiter die ac nocte deſeruiunt filijs tuis. vt ſpiraret, largitus es aeris puritatē:

vt audiret ſonorum varietates: vt odoraret odorũ ſuaui-tates: vt guſtaret ſaporum qualitates: vt cõtrectaret, dediſti corpulẽtium omniũ groſſitates. Adiuuamenta ſuis neceſſitatibus dediſti iumenta, volucres quoq; cæli, & piſces maris, & fructus terrę ad reficiẽdum impẽdiſti. Medicinas de terra ꝑpter ſingulas quaſq; ſuas corruptelas creaſti: ſingula ſolatia ſingulis malis obuiantia pręparaſti: quoniam es miſericors, & miſerator: & nouiſti figmẽtũ noſtrũ, figulus noſter: & nos omes quaſi lutũ in manu tua. hęc Auguſtinus. Hermes ille Triſmegiſtus dixit hominẽ tãtæ ſublimitatis: vt deos faciẽdi habeat facultatem. Statuis eñ fabrefactis dęmones ad inhabitandũ eas magicis artibus inducebant: & eas quaſi animatas pro dijs habebant. Inſup & promerendi paradiſum habet arbitrium: & vt in ſecũdo phyſicorũ meminit Ariſtoteles: homo quodãmodo finis eſt omnium. & vt Plinius in pricipio ſeptimi libri de hiſtoria naturali dicit: cauſa hominis videtur cũcta alia genuiſſe natura. Et idcirco prædictus Hermes, Homo, inqt, magnum eſt miraculũ o Aſclepi. & in ſecũdo libro Aſtronomicon. M. Mãlius de homine loquens ita inquit. Eximiã natura dedit linguãq; capaxq; Ingenium volucremq; animum: quem deniq; in vnum Deſcẽdit deus atq; habitat: ipſumq; requirit. Et in tanto demens cõſtitutus honore: dum appetitum magis q̃ rationem ſequitur: cõparatur iumentis inſipiẽtibus: quæ nullo rationis moderamine, ſed ſolo impetu feruntur appetitus.

De corporis materia. Cap. II.

HVmanum ſiquidem corpus ex quatuor elementis compoſitum eſt: ſed in carne & oſſib⁹ (Auguſtino teſte) terra maxime apparet propter terrenam ſoliditatem: Aqua in humoribus: Aer continetur in pulmone: idcirco ſemper in motu eſt, quia ventilabrũ cordis eſt: ne nimio calore cõſumatur cor & diſſoluat. Sedes ignis eſt in corde: & ideo inferius eſt latum & ſuperius acu

tum,quã formã ignis retinet.Quędam vis ignea aere tẽperata a corde ad cerebrum aſcendit,tanq̃ in cęlum corporis noſtri:ibiq; purificata & colata p oculos,aures,nares,cęteraq; inſtrumenta ſenſuum,foras ꝓgreditur: & contactu exteriorũ formata quinq; ſenſus corporis facit:viſum videlicet,auditum,guſtum,odoratum,& tactum.qui tangẽdi ſenſus ab anteriori parte cerebri ad poſteriorẽ tranſiens & inde per ceruicem & medullam ſpinę deſcendens p totũ corpus diffunditur.Porro ipſa vis ignea quę exterius formata ſenſus dicitur,eadem formata per ipſa ſenſuũ inſtrumẽta per quæ egreditur & in quibus formatur:natura operante introrſum ad cellam phantaſticã vſq; retrahitur & reducitur,atq; imaginatio efficitur.Poſtea eadẽ imaginatio ab anteriori parte capitis ad mediũ trãſiens,ipſam animæ rationalis ſubſtãtiam cõtingit, & excitat diſcretionem : in tantum iam purificata & ſubtilis effecta,vt ipſi ſpiritui immediate coniungatur:veraciter tamen naturã corporis retinẽs & proprietatẽ.Quæ quidẽ imaginatio in brutis animalibus phãtaſticam cellam non trãſcẽdit : in rationalib⁹ autem purior fit,& vſq; ad rationalem animæ ſubſtãtiam contingẽdam defertur & progredit̃. Eſt itaq; imaginatio ſimilitudo corporis,p ſenſus quidẽ corporeos,ex corporum contactu cõcepta extrinſecus,atq; p eoſdẽ ſenſus introrſus ad partẽ puriorẽ corporei ſpiritus reducta eiq; impreſſa,in ſummo ſcilicet corporalis ſpirit⁹,& in imo rationalis:corporalem informans,& rationalem cõtingẽs.Spiritum corporeum voco aerem,vel poti⁹ ignẽ: qui præ ſui ſubtilitate videri non poteſt,& corpora interius vegetãdo viuificat.Quædam autem vegetat tãtum & nõ ſenſificat: ſicut arbores,hęrbas,& vniuerſa in terra germinãtia.Quędã ſenſificat & vegetat,ſicut omnia bruta animalia. In q̃bus quędam tantum ſenſum habent, & imaginationẽ nõ habent.Quędã ſenſum & imaginationẽ habent.Cũ itaq; maius ſit ſenſificari q̃ vegetari tantũ,cõſtat profecto hãc

vim ſubtiliorē eſſe: & vbi magis ſubtilis eſt, magis ſpirit⁹ eſt. Magis ſiquidē incorporeę naturę appropinquat cum imaginationem format, q̄ cum ſenſum præſtat. Nihil eñi in corpore altius vel ſpiritali naturę vicini⁹ eſſe poteſt, q̄ id vbi poſt ſenſum vel ſupra ſenſum vis imaginandi cōcipitur: quod quidem intātum ſublime eſt, vt quicquid ſupra illud eſt, aliud nō ſit q̄ ratio. hæc Auguſtinus. Medici autē humanū corpus quatuor conſtare elemētis affirmant: ſanguine inquā: flaua: & atra bile: & pituita ſeu phlegmate. Cū igitur ſibi hęc elementa cōſtiterint: cōquieuerintq;: tum ſanus homo eſſe perhibetur. Cum vero inuicem ſeſe protrudunt redundantia & ſubtractione: tū demū mortales morbo oblangueſcunt, redundante aut ſubtracto humore: altero humore imperante: altero autem oppreſſo.

De ſano corpore. Cap. III.

SAnum corpus eſt: quod ex genitura tēperatū ſimplicibus primiſq; partibus eſt cōmēſurabile ex his ſibi cohærentibus mēbris. Sanū autē vt nunc eſt corpus quod in pręſentia ſanū: nēpe quoad bene valet temperatū: & cōmenſurabile: non vtiq; optima tēperie: & cōmenſurabili: ſed ſua. Ipſius autem ſimpliciter ſani corporis vſquequaq; tale temperatū & cōmēſurabile eſt: vt fere ab optima non differat cōſtitutione. Salubrium vero rerum: vt variorū hominū natura depoſcit atq; etiā efflagitat victū neceſſarium & vtilem ad cuſtodiendā quæ pręſto ſit ſanitatem abūde ſatis nūc dicturi ſumus. Dicturi ſiquidē ſumus quali & quonā modo victu vtēdum ſit: vt q̄ maxime fieri poſſit quis ſanus ſit: vtq; alienę ſanitatis curam habens eā tueri poſſit: & cauere ne dum ipſos ægros latet victū agāt negligētiorem: aut circūſtātias actionum aliquas: aut ne circūfuſi aeris vi offendant: eueniatq; vt capiantur morboſis incurſionib⁹ acutorum: vel lōgorū languorū: propterea q; talis gubernatio eſt vitæ vniuſcuiuſq; neceſſaria: cū corpus noſtrum

q̄uis ſaniſſimum facile irregulatum cadat in ægritudinē. Q đ tamē non eſſet niſi corpus mutabile foret. dicēte Galeno in libro de Cōſtitutione artis medicatiuę.cap.x. Non enim indiget corpus arte ꝓcurante cuſtodito in eo primo habitu:ſed hoc ipſum eſt cauſa indigendo ꝓcuratiua arte ſcilicet qm̄ diaphoraꝫ:& non ꝑmanet tale quale erat ante. qđ etiam voluit in tertio techni cum ait. Qꝛ ſi impaſſibile eſſet & immutabile corpus & ſemp maneret in optima cō poſitione,tunc nihil indigeret arte cōſtituente ipſum.quo niam vero immutatur & corrumpitur & conuertitur non ſeruans quā habebat a principio conſiſtentiā,procuratiōe ſecundum hoc indiget.Et poſt pauca ſubiunxit. Alteraꝫ corpus a quibuſdam ex neceſſitate:a quibuſdam vero nō ex neceſſitate.Dico aūt ex neceſſitate quidem quibus im poſſibile eſt ipſum non approximare.nāq; ſemper in cōti nenti immorari & comedere & bibere:& vigilare: neceſſari um eſt ei:gladijs vero & beſtijs nō neceſſarium eſt vti.vn de in priori quidē genere cauſarum circa corpus ars cōfici tur:circa vero ſecundū nequaq̄ . Et poſtea enumerās has cauſas dicit eas ſex eſſe:q̄ ſunt Aer:Motus & quies:Cib⁹ & potus: Somn⁹ & vigilia:inanitio & repletio: & accidētia animę.quorum ſingulū ſi indigēti corpori adducatur & in competenti quātitate & qualitate: ſalubre fit:nihil vero in digenti oīno oblatū aut nō cōpetenti mēſura & quātitate ægrum conſtituitur.hæc Galenus ad literam.

De Aere & vnde tāta in hoib⁹ diuerſitas.Cap.IIII.

SI aliquis curioſus inueſtigator quærat vn̄ tāta ſit in hominib⁹ naturarū varietas:vt ſpecie nō nulli differre videanꝫ.vt em̄ reperias q natura timidi ſint:tardi:ſomnolēti:inertes: ſegnes:pi gri:ignaui: ita videas q naſcunꝫ animoſi: ſtrenui:vigiles: induſtrij:vegeti:cordati:excitati.Inuenies etiā quoſdā na tura pios:r̄ligioſos:iuſtos:cōtinētes:modeſtos: benignos Itē q̊ſdā ipios:irreligioſos:iniquos:auaros:ꝓcaces : iuere-

cũdos:immanes:bene diſpoſiti a natura(hęc aũt licet ocu lo ad oculũ intueri)minori diligẽtia ꝓficiũt. at qb⁹ nouercali odio natura difficilis fuerit:ſolẽt oĩa faciẽdo nihil ꝓficere:& operã ac ĩpẽſas vt plurimũ ꝑdere. Nec Theſil⁹ galeni ęmulus, nec Themiſõ & Glaucias min⁹ q̃ hippocrates Galenus & Auẽzoar ꝑdiſcẽdę medicinę ſtudiũ ĩpendiſſe putãdi ſunt:ſed minus habuiſſe fauoris a natura & aere. ꝓpterea illi ſunt ignobiles: iſti inter heroicos honorãt̃. Plotinus in primo de ꝓuidentia libro capite quarto: tria tãgit q̃ putat nobis inuitis ad bonitatẽ ac malitiã plurimũ cõferre Primũ eſt ĩclinatio illa qua etiã ante p̃ſentẽ vitã cœpit anima vergere in corpus:& carnis optare cõſortiũ. Aliud eſt corpus ſic affectum:vt animã ad talia prouocet: & ſtatim ab initio incautam:& deinceps gradatim aſſuefactã. Tertium eſt ſubitus ſenſibilium occurſus per ſenſus in aĩam ſic aut ſic afficiẽs eam. Horũ trium duo tanq̃ vera ſuſcipimus. Primũ autem reijcimus:quoniam cũ catholicis animas ante hãc vitã fuiſſe non putamus. Si quæras igitur: vnde tanta ſit in natura varietas: diſcrepantia in morib⁹: in vita diuerſitas:nolo me mõ coarctare ad inextricabiles huius ꝑplexę quæſtionis anguſtias. Dico tamen trãſeunter & ſummatim:affirmoq; referre multũ quo ſemine qs ꝓgenitus ſit:quo ventre ſit fotus embryo:quib⁹ horis natus infans:quibus cibis & exercitijs educat⁹: quibus cum alitus:quibus diſciplinis imbut⁹:ſub qua cæli parte nutritus. Nõ enim omnium æque nationũ corpora ſunt ad ſapientię ac intelligentię perceptionem idonea. Vnde Atheniẽſes ingenioſiores:Thebani robuſtiores habiti ſunt: ꝙ videlicet illi in puriore:iſti in craſſiore aere verſarent̃. Hæc igitur quę ad bene beateq; viuẽdum tanti momenti ſunt, non noſtræ ſunt facultatis:ſed aliunde ſuppeditant̃. Licet enim bene mori noſtri ſit arbitrij:tamẽ bene naſci & bene educari noſtrę nõ eſt poteſtatis. Propterea cũ de ſalute agitur nõ vitæ principium:ſed finis inſpicit̃. Satis ergo fue-

rit nobis prout capit epitome dixiſſe. Sed iam ad aerē redeamus. Aer autē optimus eſt omni tēpore ad medium purus. fuerit autē huiuſmodi qui nō ex paludibus vel ſtagnis vaporib⁹ perturbatus: nec e barathro aliquo letalem aurā ſpirat: vt ex cloacis purgatis magna aliqua perturbatur ciuitas: īfeſtus is eſt. Caliginoſus quoq; omnis neutiq̄ bonus: veluti qui in cauo loco editiſſimis vndiq; mōtib⁹ vallātibus perniciosus ſtranguloſuſq; eſt: qui autē in mōtibus ſublimibuſq; locis aurā non admittēs, ſalubrior cōmodus orthopnoicis & phthiſicis cunctiſq; circa thoraca & caput langorib⁹: qui vero in humilib⁹ locis purus ī ſyncopen delabentibus ac ſenibus. Apud mare autē hydropicis & pituitoſis langorib⁹ frigidioribuſq; maxime apt⁹: neruorū quoq; morbis & appetitu carētib⁹. In ſaxoſis autem locis p̄ hyemē moleſtus: q̄ ſit frigidus: vl' ſit rigidus: per æſtatem vero ſtranguloſus. Malus quoq; vbi metalla eruuntur quia vapidus. Qui autē in argilloſis locis, ſtomachum ſoluit: ex ardētib⁹ vero locis aridior: qui ex mollibus locis optim⁹: q̄ iuxta anni tēpora ſit aeris mutatio.

¶ Problemata.

¶ Cur ex quatuor facti elementis: hoc eſt igni/aere/aqua/terra tria habemus quę ea cōplectunt̄ humida ſolida? Spiritus: q̄ vt quidā putant ignis eſſentia tenuibus conſtans partibus conſiſtendo aeris naturam induit. Ignis enim reſolutus in aerem decedit: & aer vi coactus atq; coadunat⁹ ignem gignit: vt in lapidū attritione colliſioneq; aer tranſmutatur. Sunt etiam qui dicant ipſum actu ſimul adeſſe.

¶ Cur peſtifero tēpore alij quidem pereunt: alij vero nō? Hoc inquā iuxta temperamēti accōmodationem. Si cui enim corpus fuerit malis refertū humoribus, nō dubium quin tabidus ſufflatus aer ipſum corrūpat. præſertim q̄d perexiguū eſt quo cōmode vita vti poſſit: & perinde omnis ipſorum humor corrupt⁹ irremediabiles ac plures parit morbos: itaq; etiam moriūtur. Q̄ ſi a ſuperfluitatibus

vacet corp⁹:boniſq; excellat humorib⁹: nihil aut parū ad modum peſtilens aer hos offendit. Q; autē accōmodatio cauſam aeris ad efficiēdū trahat: id externę indicāt ſyluę. quęrcus eñ difficulter patiunt:ac ad cōflagrandū nō ſatis accōmodatę ſunt. At lōge magis calami ignis cōflagratio ni obnoxij ſunt. Sed ſtupa multo maxime. Cęterū ſi quis ſtupā aqua irrorarit, pręparabit ipſam quo minus incēda tur. Item ſi arūdines virides aſſumpſerit: quęrcū autē ari⸗ diſſimā vel etiam ſulphure illeuerit:idoneā & maxime ob noxiam efficiet igni obijciens vt incendatur. Stupa vero ignem prorſus non admittet. Hoc ſane exemplo vſus qđ quæſitum erat exolues.

¶De aere ex traditionibus auctorum aphoriſmi. §.III.

AEr qui nos circūdat non eſt purus: ſed eſt cor⸗ pus in ſua ſubſtātia cōmixtum ex aere certo & partibus aqueis vaporoſis & partibus terreis in ſummo & nubib⁹ ſurgētibus & partib⁹ igneis etiam. & huius aeris diſpoſitiones debet medicus conſide rare. Auicenna.ij.j.doctrina.ij.c.ix.

¶Neceſſario inhęret medico aeris agnoſcere habitudines ſingulis tēporibus & ſingulis locis:cauſas etiam quib⁹ im mutatur. Hali.v.theoricę cap.ij.

¶Cum medicus tēperantiam aeris temporūq; diſcordiā pręnotauerit, ſcientia ſua ſemper erit vtilis ad ſanitatis in⸗ genium. Hippocrates in libro de aere & aqua.

¶In morborum curatione inquirenda eſt aeris cōplexio eo q; afficit corp⁹ ſicut medicina: immo etiam plus: cum nobis continue adhęreat:nec eius alteratione fugere poſſi mus. Galenus tertio de ingenio cap.viij.

¶Alias qdē materias & eligere & fugere poſſumus. eā au tē materiā quę ex cōtinēte nos, nō poſſibile eſt fugere:ſed neceſſariū vti ea quę eſt pſens. Idē.iij.therapeuticę cap.v.

¶Aer qui vicinus eſt cuti diſſoluit mēbra ſub cute exiſtē

tia:ita ꝙ inaniuntur.Idē.iiij.de accidēte & morbo cap.vij.
¶Aeris cōplexiōis immutatio ꝑpter vapores huiuſmodi eſt. Si enim habitatio ſit in loco ī quo ſtagna & paludes ſint,oleraq; & arbores putridę:ſeſſioq; iſpelūcis aut domibus plurimę humiditatis & muſcidis alijſq; talibus quę aerem alterāt & corrūpunt:ei⁹ loci populus multorū eſt morborum putridarūq; febrium:quę multæ ī eis emergūt:colores eorū in croceum mutātur: nec cibos digerūt bene:& vires habent paucas & debiles: & mēbra eorum eneruata. Haliabas.v.theoricę cap.x.
¶Bonus aer eſt qui certiſſime eſt purus: eſt autē talis qui neq; ſtagnorū neq; paludum euaporatione turbatur.Galenus primo de regimine ſanitatis.
¶Aer quidē dū eſt temperatus & clarus neq; ſubſtātia extranea cōplexioni ſpiritus contraria ei admiſcet:eſt ſanitatem efficiens & ipſam cōſeruans:cum vero eſt econtrario contrarium operatur. Auicenna.ij.j.
¶Aer bonæ ſubſtātię eſt ille cui nō admiſcetur ex vapotib⁹ neq; ex fumis res extranea:& qui diſcoopert⁹ eſt cęlo: neq; cōſtrictus ī parietib⁹ ſiue muris: qui permanet clarus lōginquus a loco in quo oriūtur caules & ęruca aut nuces aut ficus & ab olerib⁹ putridis: vētis bonis inſufflantibus diſcoopertus.Idem in eodem.
¶Malus aer eſt qui ex putrefactiōe animaliū vel olerum vel leguminum vel ſtercore inquinat & qui nebuloſus eſt propter fumū vel ſtagnum vicinum. Galenus primo de regimine ſanitatis.
¶Dico ꝙ vbi regiōes altę & elatę & loci ſiſiter,eorū aer eſt clarus & frigidę complexionis.Ventus enim borealis illas ab altis perflat locis.Et ideo populus inhabitans eſt decēs facie:& coloris fortis: ſanus,paucorum morborū,corporaq; eorum hominū magna.aerem enim reſpirant clarum qui ab altis venit locis: vnde viri ſunt amicitię & māſuetudinis. Ecōtra autem ſe habent qui in profundis inhabitāt

locis.Hali.v.theoricę cap.ix.

¶Non euadit homo qui mari vicinus exiſtit & lacunis vt prolōgetur in ætate nec a debilitate mēbrorū nec ab amiſſione luminis. Sit itaq; locus habitatiōis q̃ altiſſimꝰ eē poſſit. Raſis in libro ſuorum aphoriſmorum.

¶Ciuitates meliores ſunt & tēperatiores. quę cū ab oriente ſint diſcoopertę: ab occidente coopertę inueniūtur. Raſis.iij. almanſoris cap.xxvi.

¶Vrbs quę in ortu ſolis poſita, ſecurior eſt q̃ quę in ſeptētrione eſt vel in calidi venti flatu poſita. In illa enim calor & frigus minores & ſicciores. Morbus quoq; minor & leuior: nec non & aqua quæ ſecundum ſolis eſt ortum clara ac leuis exiſtit: aer vero ibi nunq̃ groſſus habetur: & nimirum præſentia ſolis ꝓhibetur. Et habitantes in loco facies habent ꝑpulchras & lenes: & colores perlucētes: & ſplendidos: voces claras & acutas.

¶De ventis. vbi bonitatem & malitiam ventorum oſtendit. Cap.V.

IN vniuerſum omnis vētus obiectat corporibꝰ auidū aerē: vi motus aerem īpellendo: q dū certis erūpūt locis eorū obtinēt naturā locoꝝ. Qui ergo a ſalubribꝰ ſunt locis ſalubres: q a peſtiferis peſtiferi. quare de aere id poſſumꝰ conijcere. Paucis ergo poſſumꝰ colligere oēs locales vētos vt ex Anglia a tabulis magis generalibus eſſe pernicioſos. inęqualiter nāq; corpora afficiūtur: neq; totū aerē cōmouēdo: neq; totū diē flādo. Locorū nāq; certorū circa matutinū tēpus maxime flare cōſueuerūt. quos eteſias nautę vocāt. Vniuerſaliū aūt ventoꝝ a meridie auſter calidus ſemp eſt: frequētiſſimeq; humidꝰ. Iñ flātes varijs anni mutātur tēporibus, fiuntq; calidi & aridi. ob hoc varias adducūt ęgritudines. Septentrionales autē tēperamento frigidi ſunt, & perinde omniū ſaluberrimi ſunt vēti p̄cipue calidioribꝰ corpulētioribuſq; corporibus. Oriētales vēti validiſſimi, impetuoſiſſimiq;

ſunt: aridiſſimoſq; adducunt morbos. Occidui humidi & leues: magis familiares corporibus noſtris.

Problema.

Cur in hyeme ceſſante pluuia aſtra ſplẽdidiora nobis videntur? q2 a ventis & pluuijs qui nos ambit aer: & q in ſublimi omnis a motu tenuatus, & pinde vt purgatus dici poſſit: vi ſua purgatiorem aſtrorum exhibet corporũ acceptionem, penetrationemq; facilẽ, ac plurimã. id vero vel ex eo liquet q2 in defęcatas ac perſpicuas aquas deſcẽdẽtes lõge ſplendidius: ac magis perſpicue iacẽtia vident corpora: quę in cœnoſis & materioſis nequaq̃ videri: aut admodũ hebeti viſu ac vix cerni poſſunt.

De ventis ex traditionibus auctorũ collectiones.

Ventus a polo veniens meridiano corpora diſſoluit, ſenſus turbat, atq; dolorẽ capitis, & oculorum dolorẽ facit: febres itidẽ parit ꝑpter ſuã putredinẽ: epilepſiã quoq; ante cõſueta tempora accelerare facit: & eſt plus oĩbus ventis ægritudinẽ paratus inferre. Raſis. iij. Almanſoris cap. xxv.

Ventus meridionalis laſſat fortitudinẽ: & aperit poros: & turbat humores, & ęgritudinem efficit & debilitat: & facit febres putridas. Auicenna. ij. j.

In ventis auſtrinis homines grauius ſe habent & impotentius. Et ob hanc cauſam venti tales domos meridiei expoſitas faciũt inſalubres. Ariſto. primo problematum problemate. xxiiij.

Ventus qui eſt ab occidente deterior & groſſus magis exiſtit. Et ꝑpter hoc facies occidẽtalis habitationis nõ approbatur: queadmodũ ſeptẽtrionalis: ratione ventorũ borealiũ qui corroborant, indurãt, & quę manifeſte fluunt ꝓhibẽt digeſtiuã fortẽ efficiũt, & aerẽ putridũ ſanant. Ventus vero a polo veniens ſeptentrionali e parte videlicet minoris vrſæ frigidus eſt & ſiccus: corpora efficiẽs dura & reddens robuſta, ſenſus quoq; atq; caput leuia facit & cæteris omnibꝰ ventis melior exiſtit: & plus putrefactionem prohibet licet

quãdoq; tuſſim faciat:& hoc quia frigidus eſt & ſiccus. Raſis.iij. Almanſoris.cap.xxv.

Occidẽtales venti ſunt humidi qm̃ ſuper maria trãſeunt: & quia ſol eos ſuo diuerſificat motu:ideoq; nõ tãtũ reſoluit eos ſol quãtũ oriẽtales. Auicenna.ij.j.cap.viij.

Boreas ſi flauerit corpora confortat & indurat : ſpiritus clarificat,& humores :cerebrũ ſanat,& ſenſus mũdificat & ſubtiliat,motũ confortat,appetitũ auget,digeſtionẽ corroborat. Auſter vero corpa laſſat & neruos:humores conturbat & ſpũs ac ſenſus. vnde grauitatẽ parit auditus: defectũ viſus:pigritiã nutrit:motũ eneruat. Hali.v.theo.capi.viij.

Orientales quidem venti inter caliditatem & frigiditatẽ ſunt temperati,& occidentalibus ſicciores:& corpora in eo temperata ſunt. Auicenna.ij.j.

De quatuor anni temporibus. Cap.VI.

VErno igitur tpe calidus & humidus aer. In æſtate aridus & calidus. In autumno frigidus & arid⁹ In hyeme humidus & frigid⁹. Rurſus quolibet tẽpore tres ſunt differẽtię. prima/& media/& vltima. Media itaq; integerrimũ tpis habet tẽperamẽtum. Prima vero & vltima ꝓpinquitate temporis alterius minuitur. Luna quoq; in quouis mẽſe differẽtias in aere q̃tuor efficit. Prima nãq; hebdomas a coitu ad ſeptẽ vſq; dies ĩ aere humida & calida videtur. Secunda vero hebdomas ad pleniluniũ vſq; ſimilis æſtati eſt. Tertia hebdomas iã deficiente luna frigida & arida. Quarta vero & vltia frigida & humida. At quotidie differentiæ fiunt aeris. Matutinũ enim tempus humidũ & calidũ vt ver:ideo corpora exurgũt valẽtiũ & ægrotantiũ. & perinde febricitantibus hoc tempus maxime tolerabile. medię aũt diei partes æſtati cõgruũt. Quę vero ante crepuſculum/autumno. Quæ vero ad veſperã hyemi. Noctis partes primæ veri, quæ veſperã cõſequũtur: mediæ æſtati ſunt ſimiles :cæteræ conſequenter habẽt: vt fert id ipſum de quo loquimur tempus.

Problemata.

¶Cur i ęſtate frigida ſunt holera:& poma:cuiuſmodi ſunt pepones,& cucurbitæ,& cucumeres: in hyeme vero calidæ braſſicę,raphani,rapæ,ſtaphylini? Quoniam ſolis reuolutio poli circulum voluēs ſitus alterat. ſiquidem in æſtate ſuperiorem tenuit zonam:vt diei indicat longitudo. fouētur ergo quæ ſupra terram ſunt & frigeſiunt ſtirpes: at in hyeme ſub hemiſphęrio diſcurrēs terræ profunda fouens, ſtirpes reddit calidiores.

¶Cur per ęſtum potius gignitur bilis cum minores ſint ſuperfluitates? Nempe ꝙ calidum idoneum ad putreſcendū eſt. bilis autem ex putredine.

¶Cur autumnus tēperamēto inæqualis/eodem die & ęſtū & algorem habens? Quidam aiunt ipſum talem habere naturam/infandam/prauam. nonnulli autem phyſici id propterea eſſe aiūt: ꝙ ſol per huiuſmodi zonam ſigniferi motus terram ita conuertat. Alij vero: ꝙ per id tempus venti huiuſmodi ſufflent diuerſi, & varij. Alij autem ꝙ terra ſuperne exuſta ab immoderata æſtatis caliditate in algorem ſe commutarit: & talem auram remittat cū aer adhuc ſit calidior. Non deſunt etiam qui dicant: ꝙ inter ęſtatem & hyemem medius ſit: & contrariorū particeps. ſed temperamēto falluntur: nam nihilo ſecius id facere oportuit etiam ver. Inſpice autem vt diurnū nocturnūq; tempus quatuor temporum temperamētum imitatur. Antelucanū ſiquidē tempus veri ſimile eſt: meridies æſtati: poſt meridiem vero veſpera tenus autumno: nox porro hyemi: cū ſolis diſceſſu frigida ſit & humida.

Ex traditionibus auctorum collectiones.

¶In hyeme multum laborare debēt & copioſius comedere: niſi fuerit meridionalis ſcilicet calida: nā ſi ſic fuerit, exercitium erit augmētandū & cibus minuendus. Oportet pręterea vt triticum panis hyemis ſit fortius: & fortioris ſoliditatis q̄ panis æſtatis. Et ſimiliter illud qđ eſt de carnibus: &

quæ ſunt ſicut ipſe. Et vt ſint holera quibus veſcũtur ſicut caules,& ſcila,& apium:& nõ attriplices:neq; blitis & portu laca,neq; ſcariola,& ſimilia. In autũno vero cauẽdũ a coitu & ab omnibus alijs exiccãtibus,& a fructibus illius tempo ris. In vere autem a calidis & humidis abſtinẽdũ. Et ſic qua litatibus temporum exceſſiuis cum contrarijs erit obuian dum. Auicenna tertia primi.doc.v.cap.j.

Impreſſio naturalis annuatim facta ab æſtate quæ calida eſt & ſicca humores reſoluit: vt dicit Auicenna .in.ij.ſ. doc.ij.capit.iij.& Cous in libro de aere & aqua:& propterea in ipa extraneus calor dominatur. ꝓpter qđ putreſiunt ma gis omnia in ea q̃ in hyeme vt Ariſtoteles ait in. ij. proble matum.problemate.xxxiij.

In hyeme quæ frigida eſt & humida flegma augmenta tur teſte Galeno in primo de febrib⁹ ad glauconem.cap.ij. & Hippocrate in libro de aere & aqua:in qua ſanguis minui tur,& flegma augetur:vt etiam Auicenna teſtatur.ij.ſ.

Exercitationes ad ſanitatem prodeſſe pluri mum oſtendit. Caput.VII.

SCito quotidianas exercitatiões ad ſanitatẽ plus ꝓdeſſe q̃ medicos & medicinam. Exercitatiõe enim ait Fabi⁹ Quintilianus cũcta cõualeſcũt Sine qua (vt inquit Galen⁹) impoſſibile eſt ho minẽ ſanitate ꝓſperrima diu frui:& vt auctor eſt Auicẽna ad ſanitatis cõſeruationẽ plurimũ poteſt,polletq; exercita tio.cuius multæ ſunt ſpecies. Galenus exercitationẽ paruę pilæ reliquis anteponit. Cõmode etiam exercent: vt docet Celſus:curſus/ambulatio/& clara lectio:qua nos prope pe culiariter vtimur:quotidie publicis lectionibus contentiſſi me boãtes:& rauim exerta voce repurgantes. Plato noſter & Ariſtoteles gymnaſticam cum primis probãt:qua vires augeſcũt:& ſanitas inoffenſa cuſtoditur. Pręcipit Ariſtote les in.viij.politicoꝝ. Adoleſcentes gymnaſticę & pædotri uicę eſſe tradendos, vbi pędotriuica: vt hoc quoq; in tranſ-

curſu declaremus:ſignificatur exercitatio pertinens ad doctorem pędotriuē. Eſt autem pędotriues vt docet Plato in theage:exercitationis magiſter:cuius officiū eſt vt idem tradit i gorgia:Corpora hominū formoſa robuſtaq̧ efficere. Idem Plato adeo gymnaſticā probauit:vt libro de republica quinto fœminas exercendas eſſe cenſuerit: qui libro ſeptimo de legibus gymnaſticæ noīe exercitationes omnes bellicas contineri docet:eāq̧ diuidit in ſaltationem, & luctationē. Priſci pentathlon nominauerūt:genus exercitatiōis his quinq̧ artibus conſtans,iactu diſci,curſu,ſaltu,iaculatione,& luctatione:id latini quinquertiū vocāt:vnde athletę ipſi quinquertiones dicti. Pancratiaſtē quoq̧ appellauerunt eū qui in omni gymnaſtica exercitatione pugnaret & vinceret:& Pancratiū dixerunt ipm multiforme certamen de quo ita Propertius. Et patitur duro vulnera Pancratio. Pancratij meminit iuriſconſultus titulo ad legem Aquiliā his verbis. Si quis in colluctatione,vel pancratio,vel pugile:dū inter ſe exercentur alius aliū occiderit. quo in loco mera deliramenta vigilans ſomniauit Accurſius. Ergo igitur ad bona corporis cuſtodiēda vtemur exercitatione: quę vt ait Cęlſus prima corporis curatio eſt:debetq̧ ſemper antecedere cibum:in eo qui bene cōcoxit:amplior. In eo qui minus concoxit,remiſſior.

Problemata.

Cur labor ſomnū allicit:cum labor corpus exiccet:ſiccitas aūt expergefaciat? dicendū ꝙ non ꝓprie labor ſomnū elicit:ſed per mediū quoddā:frigiditatis inquā excitatæ: & humiditatis exiccatæ:labor ſiqdē proprie ſiccitatē gignit: humiditatis autē exiccatio frigidioris eſt argumentū. Proinde natura humidi nutrimēti abſumptiōe,animaliſq̧ ſpiritus conquieſcit:quo amiſſam rurſus reparet,iſtauretq̧ humiditatem.

Cur hyeme cūm currimus magis rigemus q̄ cū ſtamus? An ꝙ aer noſtra ambiens corpora cū ſtamus vbi ſemel cō-

calefactus eſt nullam præterea moleſtiam infert: cũ aũt currimus alius atq; alius ſubide frigidus occurrit: itaq; facit vt magis rigeamus. Ad hæc aer cum mouetur frigidior redditur. quod quidem in currendo maxime incidit.

¶ De exercitio ex traditionibus auctorũ collectiones.

¶ Sanitas cõſeruatur bonitate mẽſurationis motus & qetis atq; comeſtionis & potus. Raſis. iiij. Almãſoris. capit. j.

¶ Si volumus cuſtodire optime ſanitatẽ incipiam⁹ a laboribus: deinde ſequantur cibi & potus: deinde ſomni: deinde ſi vſi ſint venereis venerea. & hęc omnia ſint moderata. Galenus in ſecundo de regimine ſanitatis. cap. j.

¶ Exercitium eſt motus vehemens intantũ vt alteret reſpirationẽ in maius vel minus, velocius vel ſpiſſius. Galenus ſecundo de regimine. cap. j.

¶ Exercitium vniuerſaliter eſt membrorum motus aliqua volũtate: & hoc fit ꝓprie in membris motum voluntarium habentibus. Auerrois. vj. colliget.

¶ Exercitium eſt humanæ vitæ conſeruatio: caloris naturalis lima: & exercitatio dormitantis naturę: ſuperfluitatum cõſumptio: virtutum roboratio: temporis lucrum: otio inimicum: iuuẽtutis debitum: ſenectutis gaudiũ. Ille ergo ſolus ſe ab exercitio abſtineat q ſanitatis gaudio vult carere. Fulgentius.

¶ Exercitiorum enim quoddã non ſolũ corpus ſed animã lętã reddere poteſt: tantę enim in ipſo potens fit anima motionis q multi qdẽ liberati ſunt ab ægritudinibus gauiſi ſolum. Laudo exercitiũ qđ corporis ſanitatẽ præbet & partiũ conformitatẽ & animæ virtutẽ. Ipſum enim exercitiũ animã potens eſt ad omnia iuuare: & corporis partes. Galenus in libro de parua ſphęra. cap. ij.

¶ Quæ exercitãtur particulę corporis fortiores ſimul & ſolidiores fiũt: & ſecũdũ hoc poſſunt ferre ꝓprios motus aliis melius quęcũq; ꝓpter inexercitationẽ molliores ſunt & imbecilliores. Galenus in libro de Aſſuetudinibus.

¶Exercitiū laboris tolerantiā pręſtat. Quies autē & reqes timorem & ignauiā: labor vero & agitatio animoſitatē miniſtrat. Hippocrates in lib. de aere & aqua.

¶Iuuamentum exercitij temperati vniuerſale eſt: quia ſpiritum intrinſecum augmentat: & ſuperfluitates membroꝝ nutrimenti expellit & reſoluit. Auerrois. vj. colliget.

¶Vtilitates exercitij ſunt duę: ad euacuationem ſuperfluitatum, & ad bonam valitudinem ſolidorum corporū. quia exercitium eſt vehemens motus: & ideo neceſſe eſt hęc tria fieri in exercitato corpore: duritiem organorū inuicem contritorum. quare ſequitur impaſſibilitas eorum & ad actiones robur: augmentationēq; caloris naturalis: ad quam ſequitur relictorum attractio fortis/ & alteratio paratior & nutricatio melior/ & effuſio omniū corporum: quæ ſolida quidem mollificantur: humida vero ſubtiliantur: & pori latiores efficiuntur: ſpiritusq; fortiorem motum: ad quem ſeqtur demum euacuatio ſuperfluitatum. Et commune eſt omnium exercitiorum naturalē calorem animalibus ex ipſis proprijs animalium corporibus augere. Galenus ſecundo de regimine ſanitatis. cap. j.

¶Calor naturalis cōfortat & augmētatur ex motu: ad quā caloris inati cōfortationē cęteræ in corpꝰ ꝑueniūt vtilitates & operationū pfectiones: quarū vtilitatū prima eſt virtutū corporis fortificatio. Ga. in. ij. de accidēti & morbo. cap. iij.

¶Vtile eſt exercitiū: nā cōmouet naturalē calorē & validas facit quæ in mēbris ſunt virtutes naturales aīales & vitales fortificando. Gale. in. ij. Aphoriſmorum cōmento. xlviij.

¶Motus & fricationes ventrē quidē ſubtiliant, aliud vero corpus ingroſſant: ſicut quies oppoſitū facit, augēdo autē virtutes aīales & vitales, exercitiū mūdificat & expellit a corpore ſuperfluitates, & a futuris liberat infirmitatibus longe melius q̄ ſi cum medicinis pharmacis corpus purgaretur. Ex Ariſtotele. v. problematū. problemate. xiiij.

¶Sanitas conſeruatur bonitate mēſuratiōis motus & qe-

tis. Sanitatem enim conſeruare volenti ante comeſtionem moueri neceſſe eſt. Raſis. iiij. Almanſoris. cap. j. & . ij.

Exercitia ad digerēdum & ad ſanitatem optima ſunt vt vult Iſaac in vniuerſalibus diętis: & Auenzoar in ſuo teiſir capite primo cū ait. Conueniunt medici q̄ exercitiū tempe ratum ſiue fiat pedibus, ſiue equo adiuuat in conſeruatiōe ſanitatis: dūmodo tempus non excedat.

Sic amicorum meorum quicunq; vacant circa exercitia & ordinatiuā diętationē omnes video ſemper ſanos. Gale. in lib. de Euchimia & cacochimia. cap. j.

Maximum enim eſt malum ad ſanitatis cuſtodiam qes corporis: ſicut maximum bonum eſt moderata motio: ne- q; enim ægrotabit omnino debite diętatus & exercitatus. Gale. in eodem cap. iij.

Vniuerſaliter tēperatum exercitiū conſeruandæ ſanitatis mirabilis cauſa exiſtit, & malitia quæ propter priuationem exercitij accidit incarceratis manifeſtatur. quia eorum faci- es cacecticę fiunt, & eorum color eſt impurus: & omnes ipſo rum operationes ſunt læſæ. Auerrois ſexto colliget.

Non oportet denſare carnem ad ſanitatē, ſed rarificare: quēadmodum ciuitas ſana & locus bene euētabilis: propter qđ & mare ſanū eſt. ita & corpꝰ bene exabile magis ſanum eſt: oportet enim in eo aut nullā exiſtere ſuperfluitatem: aut ab hac quidē velociſſime alteretur: & ſemper ſic habere cor pus q̄ accipiēs confeſtim expurget ſuperfluitatē: & eſſe in motiōe, & non quieſcere. qđ enim manet putrefit: quemad- modū aqua quæ nō mouetur. putrefacta aūt ægritudinē fa cit: qđ autē expurgatur priuſq̄ corrumpatur ſeparatur. hoc autem condenſata carne nō fit. Ariſto. primo problematū problemate. iiij.

Exercitium ſoluit & euacuat per poros ſuperfluitates. Et melius eſt euacuare ſupfluitates corporis: quæ in cute: exer citio, attenuatiuis cibis, vl' pharmacijs. Q̄m pharmacię ca lidæ ſunt & ſiccę: ex q̄bus exiccātur carnes & attenuātur ſo

lida. In exercitio vero nihil nocetur corpi,immo roborant organa calore naturali reuiuificato. Galenus in prio de regimine ſanitatis.

Corpora repleta aliquo malo humore exercitari non debent anteq̃ euacuentur:quemadmodum enim mordaciſſimi canes cũ dormiũt nõ ſunt irritandi:ſic & mali humores exercitio euacuari nõ ſunt apti:ne moti & alterati putreſcãt & aliquã ægritudinem faciant. Galenus.iij. Aphoriſmorũ commento.xxj.

Hora qua inceptio exercitij præparatur oportet vt corpus ſit mundũ:& ne in partibus intraneorum & venarũ chimi ſylueſtres & mali exiſtant quos exercitiũ in corpore diffundat. Auicenna.iij.j.doc.ij.cap.iij.

Vbi indigentia nõ oportet laborare. ſecũdo aphoriſmorũ & Auicẽna idem videtur ſenſiſſe in parte ſecũda Canticorũ textu cõmenti.xlv.cum ait. Macer non debet exercitari:ne ipſius diſſolutio augeatur. Et per macros intelligit etiã corpora cholerica vt iquit Auerrois ipſum exponẽdo. Nos autem ſic putamus ſuperaddẽdum eſſe forti ſcilicet exercitio quoniam moderatum non diſſoluit nec debile.

Quicũq; propter ætatẽ non poſſunt exercitari ante cibũ ij abſtineãt a groſſis cibarijs & qcunq; ſunt oĩno otioſi neq; ipſi accedant ad tales cibos:quinimo appẽſionibus vel de ambulationibus ꝓ fortioribus vtantur exercitijs. Galenus in lib. de euchimia & cacochimia.

Qui conuenienter exercitari non poſſunt fricationibus mollib⁹ vel balneis calidis vti debẽt:hoc enim ſuauiſſimũ eſt:& qeſcere egẽtib⁹ opportuniſſimũ:& imbecilli,& ſeni,& puero valde cõferens. Gale.in lib. paruæ ſphæræ.

Fricationes augẽt carnẽ & faciũt caliditatẽ ſicut quoddã exercitiũ. Ariſtoteles.xxxviij.ꝓblematũ.ꝓblemate.j.

Oportet q exercitatur prius fricatione præparetur quæ naturam viuificat & poros dilatat:quæ cum re aſpera fiat. Auicenna.iij.j.doc.ij.cap.ij.

¶Qui exercitandus eſt nõ cõfeſtim fortiter eſt mouendus niſi ante fricatione pręparetur. Nec minus illud memoria te nendũ eſt: vt qui ſe exercet confeſtim fortiter nõ moueatur ſed paulatim motum augendo continue procedat. Galen⁹ in.ij.de regimine ſanitatis.

¶Cum aliquis exercitans carnibus pullorum diętet ſe vel perdicum: cito diſſolutę inde generantur debilitates. In ma gnis exercitijs ſi dięta accipiatur ſubtilis: velociter deficiũt & conſumuntur carnes: & ptiſim incidũt. Volẽtes itaq; for titer laborare groſſiori ſe reficiant dięta: ſubtili vero qui de biliter ſeu parum. Media vero qui mediocriter. Iſaac in vni uerſalibus dietis.cap.viij.

¶Oportet vt qui exercitatur ſuperfluitates pri⁹ ab interio ribus expellantur ſcilicet inteſtinis & veſica, dein de ſe exer citet. Auicenna.iij.j.doc.ij.cap.iij.

¶Ad exercitia ſunt agẽdi cũ minxerit & egeſſerint: neq̃d horũ robore caloris/qui in exercitijs/ad ambitũ corporis re ducatur. Galenus ſecundo de regimine ſanitatis. & per has dedit alias intelligere ſuperfluitates, naſi ſcilicet & oris.

¶Debet exercitandus anteq̃ ad motũ perueniat ſuffultas graues & ſuffocãtes ſiquas habuerit veſtes deponere iuxta ſentẽtiã Ariſtotelis ſecũdo problematũ: problemate.xxx. Rationẽ autem dictorũ aſſignans Conſiliator in cõmento dicit. Eſt autẽ corpus indutũ hic intelligere veſtitum coope rimentis multis calidis. tale enim cũ exercitationibus quo dam ęſtu inflãmabile ſtatim: & plus ſuperfluitatum eliqua tiõe mouebũtur q̃ poſſint diſſolui & expelli: q̃ intus rema nentes motę declinabunt in articulorum vacuitates: & mo tum difficilem reddent.

¶Exercitio vtens ſibi cauere debet ne exercitij calefactio ad id qđ ex mẽbris ſuis eſt debile perueniat niſi ſecũdũ mo dũ cõſequẽdi. & eſt exẽplum de varicoſis qui ſuperiora ma gis q̃ inferiora debent exercere. Qđ & de alijs pariter eſt in telligendum. Auicenna.iij.j.doc.ij.cap.iij.

¶ Ad ſanitatis cuſtodiam maximũ bonum erit moderata motio.cum hoc tamẽ intelligatur ꝙ nemo vllo moueatur motu forti ſupra cibum:quia ſicut eſt maximũ bonum ad ſanitatem exercitium ante cibũ:ita eſt nociuiſſimus omnis motus ſupra cibum:diſtribuitur enim ex ventre cibus anteq̃ digeratur ſecundum venas:ex quibus aſſueuerũt ęgritudines omnimodę fieri. Galenus in lib.de euchimia & cacochimia.

¶ Quẽadmodũ oportet motũ qui eſt ante comeſtionẽ debilẽ nõ eẽ:ita neceſſe eſt ei ne motus q eſt poſt ipſam ſit niſi molliter & ſuauiter. Auicenna.iij.j.doc.ij.cap.vij.

¶ Inceſſus mollis & ſuauis mihi placet,& ꝓprie poſt prandiũ:quoniã bonitatẽ operationis cœnæ ꝑparat. Ruffus.

¶ Quãdo forte exercitiũ neceſſariũ eſt:bonũ eſt ne ſit ſtomachus vehemẽter inanitus:immo ſit in eo paucũ nutriẽs. Amplius:qui exercitatur ſi plenus eſt:melius eſt q̃ ſi exercitetur quando eſt vacuus. Auicẽna.iij.j. Ex quibus patet ꝙ hora inanitionis eſt deterior & exercitio inconuenientior q̃ hora repletionis:licet vtraqꝫ ſit damnanda.

¶ Oportet vt in hora exercitij corpus ſit mũdũ:& vt cibus exterius iam ſit digeſtus in ſtomacho,& hepate,& venis,& vt alterius cibi hora iam aduenerit. Auicenna.iij.j.

¶ Si volumus cuſtodire optime ſanitatem incipiamꝰ a laboribus:deinde ſequãtur cibi & potus:deinde ſomni. Tempus enim exercitij eſt optimum quãdo hic extremus cibus perfecte fuerit digeſtus duabus digeſtionibus & quæ in vẽtre,& quæ in hepate:& alterius inſtat cibus. Si vero ante excerceãtur,cibi nondum digeſti attrahuntur ad omnia membra,& eis totũ replebitur corpus. Galenus ſecundo de regimine ſanitatis.

¶ Quando motus ſequitur cibũ:deſcẽdit cibus de ſtomacho ꝑter digeſtionẽ ſuã,& intrat venas ſine mutatiõe:& adducit ĩ hepate oppilationẽ,& renibꝰ & reliquis mẽbris morbum. Galenus in lib.de diſſolutione continua.

Exercitium in quo partes æqualiter exercitantur maxime quidem ad ſanitatem confert: & cõmenſuritatem habitus operatur, neq; immẽſuratã carnoſitatem neq; ſuperexcellentẽ qualitatẽ ferens: ſed ad robur indigentes actus ſufficiens: & omnibus qui velocitate indigent aptiſſimũ. Galenus in lib. paruæ ſphæræ.

Exercitio quidem oportet vt eligatur ſpecies in qua moueantur membra omnia corporis ſecundum proportionẽ: & nõ laboret aliquod eorum plus & aliquod eorum minus. Idem tertio tegni textu commenti. xxxviij.

Sanitatem conſeruare volenti ante comeſtionẽ moueri neceſſe eſt. motu autem quiſq; vti debet ſibi conſueto: q vires ipſius nõ excedat. Raſis. iiij. Almanſoris. cap. ij.

Corporis debilis exercitiũ oportet vt ſit debile & corporis fortis vt ſit forte. & ideo vnuſquiſq; homo ſecũdũ ſe habet exercitiũ ſibi propriũ & conſuetũ: quo cõſueto & ſibi cõueniente ſe debet vnuſquiſq; exercere. Auicenna. iij. j.

Immoderatum exercitium proprie dicitur labor: qui quidem ſpiritum euacuat & educit, & emacerat pingues & carnoſos violentia dolorum, & facit corpus ſeneſcere ante ętatem ſenectutis. & nõ eſt exercitandum exercitio magno & forti. Auicenna in textu cõmenti. cxlv. canticorum.

Nihil reliquitur in corpore niſi ſiccitas ex ĩmoderato motu. Galenus in tertio de regimine ſanitatis. & in quĩto libro eiuſdem inquit. Acuta exercitia quorum motus ſunt veloces attenuant corpus. Multa enim exercitia ſiccant: moderata vero carnem faciunt.

Exercitio ſi qui temperatorũ corporũ: tẽperato vtantur modo ante balneum, & ante ciborũ horam: calor confortatur naturalis: ſuperflua a corporibus diſſoluũtur: membra roborantur, digeſtio procuratur, fitq; in naturaliũ numero quæ corporis faciunt ſanitatẽ. Si autem quis eo immoderatius vtatur: laboreq; plurimum calefit corpus eius, febres emergunt. Et ſi immoderate eius vſui diutius operam de-

derit:calor diſſoluitur naturalis, virtus debilitatur & deficit. Hali.v.theoricæ.cap.j.

Motu tādiu nemo p̄ſumat vti donec fatigationē & multam ſentiat grauedinē. Sed cū vtitur motu ex quo laſſari ſe ſenſerit:dimiſſo motu ſtatim anteq̄ aliquā inde cōſequatur læſionē quieſcat. Raſis.iiij.almāſoris.cap.ij. Q̄d etiā voluit Cous dicēs. In omni motione corporis cum cœperit quis dolere:quieſcere ſtatim remedium eſt.

In quātitate exercitij tres res ſunt conſyderandę. vna eſt calor:quoniā dū in ipſo bonitas augetur adhuc eſt hora ſcilicet exercendi. Secūda eſt motus:quoniā dum leues perſeuerant:adhuc eſt hora. Et tertia eſt mēbrorū diſpoſitio ſecūdū ipſorū inflammationē:quoniā dū ipſorū augetur inflāmatio adhuc eſt hora. Cū aūt iſtę diſpoſitiōes deficere cœperint,& ſudor vaporalis & reſudatio liqda facta fuerit,dimittēdū erit exercitiū & finiēdū.q̄ oīa in ſanis & bene cōplexionatis corporib⁹ ſunt intelligēda. Auicēna tertia primi.

Exercitatis nō debemus confeſtim cibū offerre:quia adhuc nō requieuit laborans:nec ſegregatę ſunt ſuperfluitates. Ariſtoteles primo problematū.problemate.xxx.

Piſces & quæ eis aſſimilantur poſt laborioſum exercitiū comedendi non ſunt:corrumpētur enim & corrumpēt humores. Auicenna.iij.j.doc.ij.cap.vij.

Quies & otium infrigidant corpus:quoniam ex omiſſione motus augeť & magnificatur fumoſa ſupfluitas ſup calorem naturalē:& ex ea ſic extinguiť ſicut ignis cū fumo premitur,& ſupra ipſum dominatur. eſt enim neceſſaria calori naturali inſpiratio ſicut igni euentatio. Auerrois in cōmento canticorum.clxxxiiij.

Maximū enim eſt malū ad ſanitatis cuſtodiā quies corporis:ſicut maximū bonū moderata motio. Galenus in li. de euchimia & cacochimia.

Cernis vt ignauū corrūpit inertia corpus:& capiunt vitiū ni moueantur aquæ. Ouidius in primo de Ponto.& ille

metrificans cum ait. Otia nullus amat niſi ſint cōiuncta labori. Nam nimia requie mortificatur homo.

¶ Si corpora contra conſuetudinem ſuam magis torpuerint quiete: nō poſſunt ſtatim cōfortari. q̄ ſi quieuerint & requieuerint per longum tempus: poſtea vero ad laboris exercitia fuerint tranſlata/malum. Hippocrates in ſecundo regiminis acutorum. textu commenti. xlvj.

¶ Omnimoda quies corporis non ingreditur viam ſanitatis: ex quo ſatis liquet q̄ viam ingreditur ęgritudinis: cum ad plures perducat infirmitates, & ad ethicam præcipue ſenectutis. Auerrois. vj. colliget.

De Coitu. Cap. VIII.

PRincipium rei cuiuſq; maximū eſt. Quippe qđ rei dimidiū ſit. Semē aūt genitale principiū eſſe certū ē. Igiť minutorū animaliū quorūcūq; ortus nullo agi mutuo cōcubitu ſolet. Cauſa cur vt principio extiterūt creati nūc etiā poſſint, ſeminis exiguitas eſt. Rei nāq; minoris minus quoq; principiū eſſe cōuenit. Natura aūt pudendis ſuā prębuit voluptatē coitus cauſa: neruoſa enim pars eſt. atq; plurima voluptas a multo gignitur ſenſu. Teſticuli igitur cognatione & affinitate voluptaria affecti multi ſenſus ipſi quoq; participes ſunt. Vbi ſenſus in quā multus: ibi ingens oritur voluptas: illic etiā ingens dolor. maximo ſiquidē bono, maximū vt plurimū opponiť malum: & minori minus. Coit⁹ autem ſi paulum vires exceſſerit, ſubito exhaurit ſpiritus: labefactat ſtomachū atq; pręcordia, cerebrūq; debilitat. Quo malo nihil ingenio aduerſius eſſe poteſt. Tātūq; obeſt: vt Auicēna in libr. de animalibus dixerit. Siquid ſpermatis ſupra q̄ natura toleret coitu profluat: obeſſe magis: q̄ ſi quadragies tantundem ſanguinis emanarit: vt nō iniuria priſci muſas atq; Mineruam virgines eē voluerint. Nihil igitur ingenio aduerſius eſſe poteſt immoderato coitu. Democritus Venerem damnauit in qua homo exiliret ex homine.

¶Problemata.

¶Cur animātium alia ſemel coeūt:alia ſępe:& alia anni tēpore certo:alia nullo ſtatuto tēpore:ſed prout inciderit? homini ſemper concubitus opportunus eſt:feris non ſępe. Et quidem ſues agreſtes ſemel concūbūt. Domeſtici ſępe. An propter pabulum calorem atq; laborem? quippe cū venus comes ſatietatis ſit. Nam eadē alibi ſępius pariunt:vt oues in Magneſia & Aphrica pariunt bis. Cauſam vero temp⁹ pariendi prolixius obtinet. Vbi enim ſe impleuerunt non amplius concupiſcunt:quo nec cibū affectant quæ ſatiata ſunt. Quę autem grauida iam eſſe incœperint minus auida veneris euadunt quoniam menſtruæ purgationes nullæ præterea veniant.

¶Cur animantiū alia partu ſunt numeroſo:vt ſus/canis/lepus:alia non:vt homo:vt leo? An q? alia vuluas ſiue vteros cōtinēt multos totidēq; formandi loculamenta: quib⁹ impleri percupiūt:quibuſq; ſemen genitale diuidendū inſerendum q; eſt:alia cōtra ſe habent?

¶Cur cæteris animantib⁹ partim nūq̄ perfuſio ſeminis p ſomnū incidere aſſolet,partim raro? Vtrum q? nullū homine excepto reſupinū cubare cōſueuit. Nullum autē niſi reſupinū ſemen profundere poteſt. An q? cætera non pariter vt homines ſeminant. Seminis autem per quietem illa profuſio non niſi cum imaginatione fieri poteſt.

¶Cur ſemē genitale ebrioſorum magna ex parte infœcūdum? An q? habitus corporis eorum p̄humidus eſt. Semē autem nō q̄d humidum:ſed q̄d conſtat craſſumq; eſt: hoc vim obtinet procreandi.

¶De coitu ex traditionibus auctorū collectiones.

¶Coitus eſt maris & fœminę in membris generationis applicatio.qua ſuperfluū expellitur quanti ad finē ſpeciei vel indiuidui ordinati. Cōſiliator differentia.cxxiiij.

¶Natura coitū in aīali cōſtituit generādi cauſa vt inde ſpecies permaneret animaliū. Hali.v.theoricę.cap.xxxvj.

Deus in animalibus in coitu admirabilē ac inſeparabilem delectationem exhibuit: ne forte coitus abominatione deſtrueretur generatio: per vim nāq; generatiuam ſpecies diuino & immortali eſſe participāt inquantū poſſunt. Iſaac vj. viatici.

Solicitudo diuina cum non potuerit facere ſecundum indiuiduum animal permanere, miſerta eſt dando ei virtutem qua poſſet permanere in ſpecie. Auerrois ſecundo de anima. commento. xxxiiij.

Maiori parti hominū in appetēdo coitum delectatiōis cauſa p̄ponitur: paucorum vero finis & ꝓpoſitum eſt liberorum productio. Hali. v. theoricæ. cap. xxxvj.

Multiplicatur delectatio mulierū in coitu ſup delectationē virorū propterea q̄ ipſæ delectātur ex motu ſpermatis viri in ore matricis earū deſcēdēdo: & ꝓpter motū qui accidit matrici, & ꝓpter fricationem. Auicenna. xxj. tertij. ca. ij. Dico tamen q̄ mulierum delectatio maior ſit extenſiue. intenſiue vero/ea quæ maſculorum/maior.

Si ſuperfluitas aggregata in corpore ex ſpermate non egreditur per coitum: coarctatur in corpore: & generantur ex ea ęgritudines ma'ę. qđ eſt quia ex coarctatione ſeminis generantur ex eo vapores mali qui aſcendūt ad cor & cerebrum & ſtomachū, & corrūpūt ſanitatē illorū membrorū & generant ægritudinē. Et fortaſſis ex eo eſt aliquid ſimile veneno viperino: ſicut accidit ei qui cōſueuit coitum, & dimittit eum longo tempore ex debilitate appetitus cibi & pigritia a motibus a generatiōe humoris melācholici: & fortaſſe corrumpitur & exiccatur ex eo q̄ eſt ſimile virtuti veneni: ſicut illud qđ accidit viduis ex ſuffocatiōe matricis, & multis virorum qui moriuntur ex eo ſubito. Hali Rodoan tertio tegni, commento. xxxj.

Plurimorū quorū cōplexio requirit coitū cū ip̄m dimittunt infrigidatur corpus & cadit appetitus cibi: ita vt ip̄m etiam nō recipiat. Et quandoq; accidit viro ex dimiſſione

coitus & abundãtia ſpermatis & frigore eius & cõuerſione ipſius ad vẽtoſitatem.Et forſitan vult dicere ad venenoſi tatẽ: vt mittat ſperma ad cor & cerebrum vaporem malũ ventoſum:vel qđ magis credo venenoſum: ſicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Auicẽna.xxij.iij.

⸿Si coitu vt oportet qs vtatur, cogitatiões cedũt:ira mi tigatur:melãcholiæ prodeſt paſſioni:ꝓdeſt etiã phlegma= ticis morbis : ſomniorũq; medeť multitudini : & appetitũ confortat.Hali.v.theoricę cap.xxxvj.

⸿Coitus moderato vſu cõueniens exiſtit.Qđ non cõce= dimus niſi quia ſperma eſt vna ſupfluitas pręparata a na= tura vt expellatur ſicut & alię ſuperfluitates:excepto ꝙ in ſe bona eſt.Auerrois.vj.colliget.

⸿Virtus ſpermatis fortis eſt : in mulierib⁹ autẽ frigidius & humidi⁹.ideoq; neceſſe eſt a mulierib⁹ emitti multã ſper matis quãtitatẽ habentibus.Qđ etiã viris neceſſariũ eſt & ſanguineis maxime: qui niſi nubãt caput eorũ aggrauať: febricitãt:appetitus & digeſtio debilitantur.Cognoui ego quoſdã:qui cũ abſtinerẽt propter venerabilitatẽ,infrigida ti ſunt. Diogenes in huiuſmodi abſtinẽtia fortiſſim⁹ fuit coitu tamẽ ſemp vſus eſt:cũ ſciret nocumẽtum a ſperma te ſibi nõ fore modicum ſi abſtinentiã pateretur.Galenus vj.interiorum cap.iij.

⸿Fidelibus in nuptijs nõ licet huiuſmodi ꝑpetrare. nos autẽ:quibus propoſitũ eſt nunq̃ a catholica puritate diſce dere:coitum extra matrimonij leges.floccipẽdimus: eligẽ tes nos magis ſemp ęgrotare q̃ cũ ſaluatoris cõtumelia ſa nos eſſe.Quapropter de his: vti libitũ cuiq; fuerit: opineť Et propterea dicebat Apoſtolus ad Corithios.vij.qui nõ ſe cõtinet:nubat.& ad Timotheum.v.Volo autẽ iuniores nubere & filios procreare.

⸿Multiplicatio coitus eſt nocibilior res oculo:& ſimiliter multiplicatio ebrietatis. Auicenna.iij.tertij cap.v.

⸿Dimiſſio coit⁹ eſt cõueniẽtior res ei: ꝗ habet ſtomachũ

debilem.& deuitet ipſum de mulieribus quæ abortum patiuntur. Auicenna.x.tertij cap.v.

¶Et nō factus eſt error multus i coitu nociuus, niſi quia propter multitudinē ei⁹ accidat i corpore ſenectus feſtina ante horā ſuā:pręcipue illi cui⁹ cōplexio teſticulorū eſt frigida,& ſicca.Hali. tertio techni cōmento.xxxvij.

¶Non ſolū hoc dicimus q̧ multus coitus debilitat corpus: quinimmo q̧ diminuat & abbreuiet valde vitam:facitq́ʒ eam valde breuiter & celeriter terminari. Auerrois in canticis cōmento.clvj.

¶Coeuntes exoluūtur,& infirmiores fiunt: vt frequēter. Et propterea multus coitus debilitat corp⁹:facitq́ʒ ipſum hereditare varias ſpecies nocumentorū & dolorū. Ariſtoteles.iiij.problematum.problemate.xxj.

¶Coitus euacuat de ſubſtantia cibi poſtremi: quare debilitatē affert:cuius ſimile aliæ non afferunt euacuationes.& euacuat de ſubſtātia ſpiritus rem plurimā propter delectationem. Auicenna in canticis.

¶Nō eſt ſperma queādmodū alię ſupfluitates:quib⁹ omnino natura nō indiget.qualia ſunt emūctiones:ſputa:ſudor:vrina:& ſimilia.ſed ex meliori fit,q̄ in corpore eſt,ſubſtātia:ac laudabiliori.Generat̄ etenim ſperma ex claro puroq́ʒ ſanguine: quo principalia,& prima paſcūtur mēbra. Cū igitur coitus mēſurā excellerit:licet nō tanta eo quātitas vt phlebotomia,vel aliter euacuet̄:vehemētior tamen accidit īde virtutis diſſolutio: q̄a ſpma ē res habilitata vt trāſeat ī mēbra.Ex ſentētia Haliabba.v.theoricę cap.35.

¶Coit⁹ eſt fortis cauſa in generāda podagra.ſimus itaq́ʒ hac in re tēperati:ne podagras & alias ſupradictas incurramus īfirmitates:aut mortē ipſam:ſicut aliqui(quos nouimus)interiere.Galenus.vj.aphoriſmorū cōmento.xxx.

¶Coitu corpora habētes ſicca,vt ab inimico īterficiente ſibi cauere debēt.quo etiā ſi q̄s ſcʒ macer multū vſus fuerit,ethicā incurret.Cōualeſcētes quoq́ʒ ac debiles atq́ʒ ma-

eri:& quorum nerui ſunt debiles:coitum omnino vitare de bent.Raſis.iiij.Almanſoris.cap.xvij.
¶Nos addimus de auctorũ intẽtione:q̃ debilẽ habentes ſtomachũ:aut viſum:aut auditũ:aut aliquẽ alioꝝ ſenſum ad coitũ frequẽtẽ nõ accedãt.ſimiliter q debilitatẽ appeti tus patiunt:aut calculos & hmõi.qm̃ inde manifeſtiſſimũ ꝑcipiẽt nocumẽtũ.Grãdiores cõtineant etiã a coitu ſuper fluo inquãtũ poſſunt.Seniores vero caueãt coitũ omino ſi ſ\[i\]t & inſueti:& ꝑcipue in autumno fugiendus eſt coitus.
¶Coit⁹ nocet plus cęteris cõplexionib⁹ frigidis:& ſiccis. & inter cõplexiones calida,& humida ſupfluũ põt leui⁹ to lerare:& q̃ peiores ſunt frigidę & ſiccę.humidi verõ.ſ.phle gmatici medio modo ſe habent.Auerrois.vj.colliget.
¶Innoxia venerea ſolis humidis,& calidis:& oibus q na tura multi ſunt ſpermatis.cõtrarijſſimi ſiccis cõplexionib⁹ venerei actus.& ampli⁹ quãto fuerit ſiccitas frigiditati cõ mixta : & ꝑcipue cũ craſis teſticulorũ fuerit hmõi.Galen⁹ vj.de Regimine ſanitatis.Maxime aũt cõuenit coitus: vt vult Cõſiliator:iuxta adoleſcẽtię finẽ: cũ corporis augmẽ tũ incipiat deſinere & antea parum ac in iuuentute.
¶Poſt labores ſequi debent cibi:& potus.Deide ſomni. poſtea vero venerea:debẽtibus qdẽ venereis vti.Alia nã q; cuncta cõmunia omnis ſunt ætatis.Venerea vero ado leſcentium ſolum.Gal.ij.de Regimine ſanitatis.
¶Iuuamenta coit⁹ omnia adoleſcenti aſcribunt & iuueni primo:nec cuilibet tali ſed ſanguineo rubeo forti ac ſano. Hali.v.theoricę.cap.xxxvj.
¶Natura veris calida eſt:& humida.Et ꝑpterea in eo ope rationes nutritiuæ ſunt pfectiores:& hoc non accidit niſi ꝑpter multiplicationẽ caloris naturalis in corpore:vt inqt Auerrois in ſecũdo colliget cap.vltimo.Et ꝑpter hãc rõ nẽ tuti⁹ i vere poſſum⁹ veneri idulgere.In hyeme q̃q; ſa tis ẽt ſecure idẽ facere nõ dubitam⁹:licet frigida ſit:& hũi da.In ęſtate nocibilior & ꝓhibit⁹ magis exiſtit.In autũno

autem omnino deteſtatur.

¶ Si cibo homo repletꝰ,aut potu coitu vtaꝛ, debilitas eiꝰ fit corpori:eneruatio neruis:dolor in genibꝰ: aliarũq; continuationũ: viſcerũ oppilatio:generanꝛq; exinde humores groſſi.cuiꝰ vſum ſi hoc fiat mõ frequens & aſſiduꝰ hydropiſis ſeqtur:aſthma:& tremor . Si vero famẽ patiens qs ad coitũ acceſſerit:aut ſitis moleſtia preſſus: aut aliqua certe euacuationũ ſpecie exinanitꝰ eſt: vt vomitu, ſolutione,phlebotomia:& his ſil'ibus:aut ſtatim poſt balneũ:vel laborẽ: vigiliaſq;:aut etiã poſt grauẽ triſtitiam:corpus cõſumitur & deſiccaꝛ:calor diſſoluitur naturalis : ciborũ immutaꝛ appetitꝰ:tenebraꝛ viſus:oculi fiũt cõcaui: & nõnunq̃ defectꝰ accidit,& ſpaſmus.Hali.v.theoricę.cap.xxxvj.

¶ Ex adiuuãtibꝰ ad coitũ ſunt, quęcũq; ſumunꝛ ex cibis calidis,acutis,aut inflatiuis:ſicut ſunt cicera & vua:& vitellus oui:& illa q̃ aggregãt vtrãq; rẽ:ſicut ęruca:& vinũ nouum:in quo eſt ꝓprietas generãdi ſperma . & meliores ad ſperma cibi ſunt qui fiũt ex carne hœdi pĩguis maſculi:& carne ouina cicere & cepe. Auicẽna.xx.tertij.cap.xxj.Ab his ergo abſtineãt & a reliqs huiuſmodi q ſuã caſtitatẽ illę ſam voluerint altiſſimo conſeruare.

¶ De lauacris ex eis quę ſcripſerunt gręci & latini. Cap.IX.

LAuacrorũ quędam ſuã obtinent qualitatẽ:quædã qualitatis ſunt exꝑtia:quædã dulcia : eorũq; alterã quãdã habẽt qualitatẽ:quędam ex iſtitutione noſtra vim habẽt:quędam ſua ſpõte vim poſſidẽt. Dulciũ aquarũ vis:quæ ſint tẽperatę:humida,& calida:quę aũt ſint tepidę,humida,& frigida.& calidarũ ſupra modũ:calida quidẽ:ſed nõ ęque humida:exhorreſcere corpora compellit:ſpiramentaq; ipſorum dẽſeſcere.& perinde neq; frui extrorſus humiditate poteſt:neq; redundãtias exhaurire interiores. At eſt a temperatis nobis inchoãdũ.Omnifariam igitur temperata humectant : ac per ſeſe

calefaciunt. Cōferūt autē huiuſmodi lauacra, dulcia inquā & temperata, febribus, aridis præſertim, immoderate ſitiētibus ſub ſole mora plurima, ac ſcabioſis ex authematis. Expedit aūt aerē lauacri humidū pparare: pauimentaq; ac parietes aqua aſpergere. Calida vero iuxta noſtrū inſtitutū lauacra cōſtituere: cū volum⁹ turbantē frigiditatē diſpgere: laborioſamve affectionē, aut ſpaſmū dolorēve cōſolari. Calida aūt fiunt calidis quibuſdā aquæ admixtis: velut glichone: vel origano: hyſſopo: thymo: lauri folijs: chamepyti: panacis radice: & id gen⁹ alijs. Lauacris aūt ad diſtrahendū idoneis vtimur: aut habitū corporis cōfirmare volētes, vt in pinguibus: aut lāguore aliquo tumētib⁹: aut corpus vniuerſum: aut corporis partē aliquā velut vētriculum, teſticulos & pedes: ſicut in hydropicis. vtimur ſane in hulcerib⁹ fluitātib⁹ ob multitudinē humorū toto in corpore abūdātiū: aut feruoribus hulceri ſuppoſitis. Fiūt porro diſtrahētia lauacra: cum in aquā huiuſmodi immittuntur ſal: nitrū: vel aqua marina calefacta: & mel aqua mixtū: & ſimilia. Mollificantibus autem & mitigātibus lauacris vtimur in inflāmatione & duritie partis alicui⁹. Hęc autem fiunt malua aqua decocta: domeſtica, & agreſti: & lini ſemine & tilis & melilotorū. Inflāmationibus aūt fluitantibus: arnogloſſum adhibemus: vel melicoriū, hoc eſt, corticem mali granati. In ſpaſmis vero cum inflāmatione vtimur (vbi ſint inflāmatiōes citra profluxus) iam memoratis: pręſertim vero hydreleum his confert habens maluā, & lini ſemē. Lauacrorū ſponte prouenientiū alia ſunt nitroſa. Alia ſalſoſa. Alia aluminoſa. Alia bituminoſa. Alia ſulphuroſa. Alia ferroſa. Alia chalcoſa. q̄dā ex his ſunt compoſita. Horum autem omnium poteſtas eſt arefacienti: quędam non arefaciunt modo: verūetiam exacerbant, obſtruūtq;. ſicut aluminoſa. Cuncta vero cōueniūt humidis & frigidis contra naturam corporibus: & eiuſmodi vetuſtis morbis. De his oībus ample alibi a nobis dictū eſt.

¶Problemata.

¶Cur ante balnei ingreſſum: calidũ mingimus. at in balneo diutiuſcule cõmorati, frigidũ? Dicendũ q tanq̃ ad alterius cõparationẽ hoc fit. Nã vrina tepidi profecto tẽperamẽtũ eſt: quę tũ primũ a nobis facta mediocriter etiã calida eſt. foris igitur quãdo quidẽ frigidũ eſt corp⁹ noſtrũ ipſum lotiũ vtpote corpori cõparatũ calidum eſt: in lauacro qñ qdẽ corp⁹ plus lotio incaluit frigidũ videt̃ lotium: vtcunq; calidũ ſit. Q autẽ id verũ ſit hinc patet, q ingredienti lauacrũ anteq̃ incaluerit cũ in calidã peluim deſcenderit, calida aqua videbit̃ & admodũ feruere: ſin autẽ anteq̃ in eam deſcẽdat, cõcaluerit: nõ æque feruida videbitur.

¶Cur eorum, q lauacra ingreſſi ſunt loti exeũtes: alij quidẽ ſitibũdi ſunt: alij aũt minime? Quicũq; aridiores ſitientes a balneo humectant̃: hi ſine ſiti ſunt. Nam ſitis a ſiccitate vtcũq;. Qui humidiores: & ſine ſiti ſunt in aere præcipue vehemẽter calido immorati: & in arida cella p ſudores humiditatem reſoluunt: & ſitibundi euadunt.

¶De lauacris ſeu balneis ex traditionibus auctorum collectiones.

¶Balneum eſt corpus ſubtile vel liquidũ corpori circũferẽtialiter occurrens: & ipſius immutatiuũ. Cuius duę ſunt ſpecies: vnũ ſcilicet aereum qd̃ ſtuffa nũcupatur: aliud vero aqueum qd̃ ex aqua dulci fieri ſolet. & hoc iterum duplex. ſcilicet calidum: vel tepidum. Aliud vero frigidum. Ex Conſiliatore in differentia. cxxviij.

¶Iuuamenta balnei ſunt ſomnũ facere & aperire & abradere, & reſoluere, & digerere, & nutrimentũ ad cutis ſupficiem attrahere. Auicenna. iij. j. doc. ij. cap. v.

¶Vtendũ eſt balneo ad tollendũ ſordes: & immũditiam: neq; ſis in hoc piger: ſi vis educere ſuperfluitates a corporis ſuperficie: & cutem ab accidẽtibus immũditię mũdam facere. Auicenna in canticis textu cõmenti. clij.

¶Sunt de iuuamẽtis balnei: corpus humectare: & renoua

re:poroſq; apire:ac ſordes cõgregatas detergere: repletio-nem quoq; minuere:& vẽtoſitatẽ diſſoluere: & ad ſomnũ ducere:ac humores ſubtiliare. Balneũ p̃terea dolores repri mit: ventrẽ ſtrigit atq; laſſitudinẽ remouet:corpuſq; cibis aptum efficit. Raſis.iiij.almãſoris cap.xviij.

¶Qui balneũ amãt vel ſani cõſueuerunt, eis maxie adhi bendũ eſt:hi nãq; ipſum deſiderant:ſi ergo dimiſerint læ-duntur. Hippocrates in tertio regiminis acutorum.

¶Balneum ſolet facere vt ebulliant humores & ſpargan-tur. Auicenna.iiij.j.cap.xvij.

¶Inter reliq̃ a balneandis obſeruãda oportet vt nulla pri cipaliũ particularũ imbecillis exiſtat: & q̄ multitudo cru-dorum humoꝝ ſecũdũ primas venas nõ prohibuerit. Ex Galeno i primo ad Glauconẽ & in quinto Therapeuticę.

¶Si aliquid damni in balneis percipiẽ iſtud eſt in corpo-ribus impuris:quia puris nullũ dãnũ euenire poteſt:& pro pter cõditionẽ omnes fere ſunt ad balneãdũ ſuſpecti. Ex Raſi.iiij.almanſoris cap.xviij.

¶Qui ſanitatẽ vult cõſeruare balneũ igredi debet poſtq̃ digeſtũ eſt qđ eſt i ſtomacho & in hepate. nec tamẽ ꝑpter hoc credendũ eſt q̄ cũ hora ſumẽdi cibũ & famis aduene rit tunc balneandũ ſit:immo & hęc hora pariter ꝓhibetur. Auicenna.ij.j.& in.vij.iiij.tract.iiij.cap.ij.

¶Balneum exiccat eos qui diu i ipſo morãtur ꝑpter reſo lutionẽ & ſudorẽ. Auicẽna.ij.j. Et ifra ſubiũxit. Si qs mul tam i balneo facit morã timetur ne ei ſupueniat ſyncopis propterea quia calefit cor & cõmouetur inde ſyncopis.

¶Qui balneantur debẽt ſe cuſtodire ne rem frigidã actu bibant in egreſſiõe balnei:aut in balneo:quoniã pori ſunt aperti: quare frigiditas non tardatur: quin ad membro-rum principaliũ corpora procedat & ipſorum corrumpat virtutes. Ab oi quoq; re vehementis caliditatis ſe cuſto-dire debent: & pręcipue ab aqua. quoniam ſi eam ſumpſe rint timẽdum eſt ne cito ad membra penetret principalia

& ide accidat phthiſis & ethica. Auicēna.ij.j.& ſubdit.Caueant præterea ne cito balneū egrediātur:& caput poſt ipſum diſcooperiāt:& ne frigiditati ſe exponāt:ſed bene cooperiantur pannis:pręcipue ſi in hyeme fuerit.

¶ Suauis aquę frigidæ balneū corpus refrigerat:& humectat:calefacit quoq;:ſed per accidēs:ſpiſſat etenim poros:calorē interius in corpore recludit.vnde & ſuauis aquę frigidæ balneū:ſi poſt ſumptū fiat cibū:digeſtionē adiuuat:ſi carnoſum fuerit corpus,& ętas iuuētutis:& p̄ſens ęſtas.tūc enim augeť calor naturalis:& mēbrorū virt⁹:digeſtioniſq; bonū.Hali.v.theoricę cap.xiij.Et poſt pauca ſubiūgit.Si ſit autē corpus exile:& paucę carnis:frigus i ꝓfundo immergiť corporis: ipſumq; refrigerat,donec etiā nobilibus cōtinuetur ipſa mēbris frigiditas.coagulatur itaq; naturalis calor: acciditq; illis quod ſerpentibus hyeme.

¶ Liber ſecundus De Cibo.

¶ Qui cibi aut valentis:aut mediæ:aut imbecillæ materiæ ſint. Cap.I.

CVm de motu & quiete dictū ſit:ad ea veniendū eſt: quæ nos alunt:id eſt cibum:& potionē.Hęc autē nō oīm tātum morborū:ſed etiā ſecūdę valitudinis cōmunia p̄ſidia ſunt. Vict⁹ pręcipua cura habenda eſt: quo familia ab omni ęgritudine cuſtodiať incolumis.nec eī̄ luxurioſum:ſed q ſanitatē prętēdat ex q̄rim⁹,ſine qua reliqua fruſtra fuerit. Proinde licet i aggregatore noſtro eiuſmodi mł'ta tradita ſint nō duximus tamen hic negligēda: q illic medendi cauſa: hic tuēdę ſanitatis virt⁹ dūtaxat pronūtiabitur.pertinetq; ad rem:omniū proprietates noſſe.primū vt ſani ſciāt quomodo his vtātur. deinde vt exequētibus nobis morborū curationē:liceat ſpecies rerum:quę aſſidue neceſſarię erūt:ſubijcere.Neq; neceſſe eſt ſubinde ſingulas eas nominare.

Succū fere bonū lac gignit cū bibitur ſtatim mulctū. Su=
mēdum vero ante cibū potūq; omnē: nec quicq̄ aliud cū
eo,quoad cōcoctū/digeſtūq; ſit.Nā ſi qd admiſceas, cor=
rūpitur.Matutinus ergo ſumito: & clemēter obambulato
quia primū citabit aluū:poſt id alet plurimū:nec amplius
ciebit:ſed ſiſtet aluū. Poſt lac,oua gallinarū ſorbilia.malę
ſunt anſerū carnes.Prę cūctis gallinarū & phaſianorū gal
lorūq; teſticuli. Volatiliū reliq̄rū: vt p̄dices: Anſeres:ana=
tes:querquedulas:ī primis cothurnices vitato: illę difficul
ter cōcoquūtur:hę neruos etiam nō mediocriter offendūt.
ſupflua gignūt m̄ſta anſerū & anatū,& cignorū:& ciconia
rū.harū min⁹ malę iuuenes:pniciosę veteres oēs:meliores
exercitatę vt agreſtes q̄ cortales:q̄ aridiores:q̄ pigniores:
quę p purū volitāt aera:q̄ q̄ ī ſtagnis: quęq; mollē habeāt
carnē:eis poſſis vel ſaturari:vel etiā expleri:alia pce come
dēda.Ex terreſtrib⁹ hœdi agnis p̄ferunt:elixa toſtis:toſta
frictis.Ex piſcib⁹,marini,fluuiatiles ātecedūt: & ſaxatiles
cæteris meliores:inter quos mugilis:& lupus: pręterea du
riores ingentes triglę.Inter piſces pręſtāt qui glutinoſi nō
ſunt:quiq; guſtū nō offendūt. Inter terreſtria multi nutri=
mēti ſues p̄cipue agreſtes:& exercitati prę cęteris porcelli:
vel anniculi:aut q bimatū necdū peregerit: pedes: roſtrū:
panis pur⁹ frumētaceus bene parat⁹:halica:oriza:hordeū
egregie cōcinnatū.Leguminū,fabæ.fructuū ex arborib⁹:
ficus recentes:aut aridæ.vuę penſiles aliquādiu:cito cōco
ctæ bonū ſuccū gignunt. At cum diutius in aluo cōtinen
tur:pniciosę.quare citanda,ſubducēda ve aluus eſt.ita & fi
cus aridę:quę manſę p̄ſunt.Qui poſt alia edulia ficus vel
recentes:vel aridas comedūt: nō mediocriter offendūtur.
Caſtaneę mali ſucci nō ſunt.Piſtacia, amygdala boni.Ex
holerib⁹ lactucę:intyba:bugloſſa.Nā hæc citra atrā bilem
nutricant.Inter vina quæ bene olent: ac potū ſuauem ha=
bēt. Oppilatiōe accedēte cōmonemur ius ſumere cū vino
tenui:& albo:& cępis: & aliis decoctis cōditis præcipue in

hyeme:pipere:origano:ſinapi:apio: petroſelino :mentha: beta:ruta:aneſo: vt condita pro cibo habeantur.

¶Problemata.

¶Cur ciborũ mutatio min⁹ q̃ aquę grauis occurrat? An quia plurimũ aquę conſumimus .Nam & in pane,& obſonijs,& in potu aquę vſus plurimus eſt.

¶Cur cibi & aquę mutatio grauis ſit? An q꞉ omnis mutatio etiã tẽporis,& ætatis motu facilis eſt. Extrema nãqꝫ generis cuiuſqꝫ moueri facile poſſunt:quomodo & principia & fines.ergo & cibi:qui iter ſe diſtãt:corrũpere ſe inuicem queũt. Quippe cũ aut nup:aut nondũ adhęſerit:qui præceſſerat. Ad hæc vt vari⁹ cib⁹ grauis eſt: turbulẽta em̃ nec ęqualis cõcoctio eius agitur:ſic in his accidit qui aquã mutarint ſcilicet:vt varię potionis vtãtur alimẽto.eſtqꝫ id alimẽti genus q̃ ſiccũ valentius:quoniam plurimũ eſt. Ex quo in ipſis nõ niſi quãtũ dilutũ eſt,vim habet enutriẽdi.

¶Cur cibũ imminuere:laborẽ augere ſalubre eſt? An q꞉ cauſam ægrotãdi excremẽtorũ habet nimietas: quæ tunc certe exultat:cum aut cibus ſupereſt aut labor deeſt.

¶Cur aliquãdo nauſeantes magis famẽt? æquũ aũt fuit ecõtrario habere.expletio ſiquidẽ,nauſea eſt. Nunq d quẽadmodum ſtercore facto accidit vt ſint inanes loci quib⁹ famẽt:ante nauſeam vero hos impleuerant.

¶De Cibo & potu ex traditionibus auctorum Collectiones.

¶Sine alimẽto nõ poſſibile viuere:nec ſanos:nec ægros. cur⁹ cauſam aſſignauit Galen⁹ in quĩto de ſimplici medicina diſtictione.ij.cap.v.dicẽs. Calor innatus eſt illud quod nominamus ſpiritũ:& eſt ille,qui fixus eſt: & plantatus in corpore cuiuſqꝫ animalis:qui q̃uis nõ ſit de ſubſtãtia animæ:eſt tamẽ primũ inſtrumentorũ eius. neceſſe eſt igitur volẽti hũc calorem & vitam ipſam cõſeruare:vt eũ nunq̃ ſine pabulo & nutrimento relinquamus. Quoniam priuatum alimento non poteſt diu durare.

¶ Quia corpora nr̄a ſunt cõtinuę diſſolutiõis ex aere cir-cũferẽti:& caliditate innata:q̄ eſt in nobis: indiguerũt nu-trimẽto ad reſiſtẽdũ ei qđ diſſoluit. Raſis.25.cõtinẽtis.c.j.

¶ Et qa corpora noſtra ſũt ĩ cõtinua diſſolutiõe: & ꝓpter calorẽ aeris circũdãtis ea extrinſecꝰ & calorẽ ĩteriꝰ exiſtẽtẽ fuit neceſſariũ reſtaurare ĩ eis qđ diſſolutũ ē de ipſis: iõq3 fuerũt neceſſarij cibi. Galenꝰ in lib. de diſſolutiõe cõtinua.

¶ Neceſſitas cibi eſt: vt ſuppleat locũ eius qđ reſoluiť. Cũ ergo nõ eſt reſolutio: aut eſt reſolutio parua: nõ eſt neceſſa rius cibus extrinſecus. Auicẽna.xiij.iij.tract.ij.cap.vij.

¶ Si poſſemus tale aliqd introducere qđ ſile eſſet effluen ti: hoc ſaniſſimũ & optimũ eſſet: ſed hoc ĩpoſſibile eſt. qa id qđ defluit ab vnoquoq3 mẽbrorũ: tale natura eſt: quale ipſum mẽbrũ a quo defluit. Nihil aũt eorũ quę comedun tur aut bibuntur tale eſt omnino quale id qđ defluxit. Ga-lenus in primo de regimine ſanitatis.

¶ Si poſſibile eſſet ſemp cuſtodire humidam cõplexionẽ corporis: immortales eſſemus: ſed quia naturalẽ viã eam quæ ad deſiccãdũ corpus, fugere nõ eſt poſſibile: ꝓpterea ſeneſcere neceſſarium eſt nobis: & corrũpi. Et q̄uis a iã di-ctis ordinatiſſima & ꝑfectiſſima dieta nos minime poſſit liberare: de his tamẽ duabus rebus ſecuritatẽ ꝓbet: putre-factionis penitꝰ ꝓhibitione: & defenſione ne humiditas ci to reſoluatur. & in ipſius qdẽ fortitudine conſiſtit: vt ipm corpus vſq3 ad debitũ tẽpus ſecundũ ſuam primã cõple-xionem permanere faciat. & hoc quidẽ erit ꝓpter regimẽ rectum reſtaurationis: quę fit loco eius qđ reſoluitur ſecũ dum quantitatem poſſibilem. Ex ſententia Galeni. vj. de regimine.

¶ Si hęc duo fecerit: ſcilicet ꝙ putrefieri nõ ꝑmittat: & ꝓ-hibuerit ne cito humiditas reſoluať: diu & ſanos viuere fa ciat oẽs q tali vſi fuerint reſtauratiõe. Corpus. n. nõ ꝑma-net tpe quo ꝑdurat: niſi ꝓpterea ꝙ ipſius innata humidi-tas prima reſolutioni reſiſtit caloris. Auicẽna.iij.j.cap.j.

¶ Sicut aīal quādo fameſcit: īducit illud famis neceſſitas ad comededū lutū: limū: & alia mala multa: ita eſt in quoli bet mēbro quādo caret cibo ſibi cōuenieti. inducit eīn ibi neceſſitas naturalis ad attrahendū humores malos quib⁹ nutritur. & iſtæ ſupfluitates quę aggregātur in mēbro pu treſiunt ſecūdū ſpatium tēporis quouſq; adacuātur: & ca leſiāt: & habēt generare ęgritudines calidas: & febres acu tas: & alias multas ægritudines. Non eſt igiř de propria di geſtiua, vt nōnulli faciunt, cōfidendū: cū malę ſubſtantiæ cibaria comedūtur. Ex Galeni ſentētia in decimo de iuua mentis membrorum. Cap. j.

¶ Ille in quo mala digeruntř nutriētia: ob hoc nō decipiař: qm̄ poſt dies in ipſo mali generabunř humores ægritudi nes faciētes & pnecātes. Auicēna. iii. i. doc. ii. cap. vii.

¶ Cacochima cibaria oīno fugienda ſunt: ſiue groſſos ſi ue ſubtiles operenř in nobis humores. Gal. in lib. de euchi mia & cacochimia. Et in libro de cura ictericiæ dixit: ꝙ aſ ſumere quid nociuū ꝑpter delectationē, nefandum. Quę aūt ſint huiuſmodi mala cibaria: ipe expreſſit in lib. de diſ ſolutione cōtinua dicens. Omnia cibaria: quæ nō tēperata ſunt: nō generant ſanguinē purum: mundū: clarum. Et ci bariorum mali chimi treſ ſunt ſpecies. eorū eīn ſunt quæ addūt in phlegma: & eorū quæ addūt in cholerā: & eorum quędā ſunt, quę addūt in cholerā nigrā. & oportet oēm ho minē dimittere multitudinē eorū & continuationē aſſum ptionis ipſorū: & ſi digerāt: etſi nō inferant nocumentū ci to: tamē adunanř in corpore cōtinuantis acceptionē eorū in longo tēpore, chimi generātes ęgritudines malas &c. Et poſt pauca ſubiūgit: ꝙ huiuſmodi ſunt: panis fact⁹ ex fa rina multi furfuris: & frumēti antiqui: aut farinę mali chi mi: qui addit in cholerā nigram. Et caro pecudis oīs quæ addit aliqd in phlegma. Et caro caprę: & multorū agnorū oīnis caro addit in melācholiā: & ſimiliter caro hirci: caro bouis, & huiuſmodi: & de mēbris aīaliū renes: & cerebrum

& omnes vētres:& oua cocta in teguamine: & caſeus antiquus:& fungi:& cicera:& lētes:& miliū:& panicū:& piſces duri viſcoſi:& ſimiliter ſaliti:& fic⁹ ſiccę: ſi multa ſumantur:& pyra:& poma:& cucumeres:& citrulli: & cucurbita: bratera:cū malū chimū i ſtomacho reperiūt.& holera omnia ſunt mali chimi: ꝑpter multitudinē ſupfluitatū in eis & paucitatem nutrimēti:& cepe:& allia: & raphanus & rapę:& paſtinacę:& caules:& his ſimilia. a quibus omnibus abſtinere ſe debent.

¶ Saluus exiſtit a ciborū horum malitia:q nō eis vtitur. Q₂ ſi aliquē eis vti contingat:ſibi ſubuenire debet catarti cum humorem ex eis generatum expellens ſumēdo. Raſis.iiij. Almanſoris.cap.xj.

¶ Si alicui neceſſariū fuerit capere nutriētia mala:paucis vicib⁹ & non frequētib⁹ vtat:& cū eis miſceat, qđ ſit ipſis cōtrarium:vtputa calida cum frigidis & ſicca cum humidis. Auicenna.iij.j.

¶ Subtilis cibus eſt:cuius quātitas magna,corpus pauco paſcit nutrimēto. Groſſus aūt dicitur:cuius quātitas pauca,corpus plurimo reficit nutrimēto. Tēperatus aūt inter groſſum & ſubtilē eſt:cuius moderata quātitas moderate nutrit. Si aūt multa ſit eius quātitas:multū:& ſi pauca, parū. Cibi aūt ſubtiles ſunt:vt caro pullorū:piſces parui: lactuca & huiuſmodi: opportuni his qui parui ſunt laboris & exercitij. Groſſi aūt cibi ſūt:caro vituli magni:& piſces grādes:ſolidę carnes:caſeus recēs: & ſilēs: cōueniētes his q magni ſunt laboris & exercitij:& qui virtutis neceſſariū habent augmentū corporiſq; corpulentiam. Haliabas.v. theoricę.cap.xiiij.

¶ Nutriētia ſubtilia ſūt magis ſanitatis cōſeruatiua:& virtutē min⁹ iuuāt:& fortitudinē. Et groſſa ſunt iſtis cōtraria & nō niſi exercitatis cōueniētia. Auicē.iij.j.doc.ij.cap.vij.

¶ Cibaria groſſa nō ſunt laudabilia quietis:& non habentibus exercitia. In his enim calore quietę cōgelato talia nō

digeruntur:ideoq; cauēdā ſunt. Iſaac in vniuerſalibus di=
tis.cap.viij.

¶Cibaria groſſa cū iueniūt corpus calidū multū laborās & ſonmū multū poſt cibū:digerunt: & nutriūt corpus nu trimēto plurimo:adhęrēt:& cōfortant cōfortatione pluri= ma.& melius eſt q̧ ſumant hęc cibaria in hyeme ꝑpter ag gregationē caloris in interiorib⁹ corporis & lōgitudinē ſo mni. Et quādo q̄s ſentit i corpore ſuo diſſolutionē mani feſtā:hic ipſe de conditionibus eorū q groſſis nutrientib⁹ vti poſſunt. Sed q huiuſmodi nō fuerint:illis minime aſ= ſueſcere debēt. Galenus in lib. de diſſolutione cōtinua.

¶Quęcūq; ſunt lubrica:& viſcoſa: groſſorū humorū ge neratiua:morbidiora ſunt. oppilare enim, & obſtruere cor pus ſunt parata. Nō min⁹ aūt ſicca cibaria a ſapiētibus: q̄ aquoſa & lubrica deteſtant:cū multorū ſint generatiua nō cumētorum. Galenus primo de differentijs febrium.

¶Superabundās ſuppreſſio nutrimentorū ſiccorū tollit virtutē:& colorē corporis mutat:deſiccando ventrē. Ra= ſis in.xv.Continentis.cap.j.auctoritate Tabri.

¶Cibaria calida cōueniūt ei: cui dominat frigiditas:& in tpib⁹,& partib⁹ frigidis,& in ciuitatib⁹ frigidis. Et vitare debet ipſa ille,q calidę fuerit cōplexionis,in tēporib⁹ cali= dis. Quēadmodū ſunt frumētum coctū:panis frumenti: cicera:dactyli:ſiſamum:ſinapis:vuę dulces:Apium:Ru= ta:Raphanus:rapę:canapis:paſtinacæ:cæpę:pori:caſeus antiquus:vinū dulce calidū:& vinū antiquū citrinū. Gale nus in lib. de diſſolutione continuitatis.

¶Eſt abſtinēdū a cibis calidiſſimis:quales ſunt tūc cū ab igne remouent:qbus nullus vti debet. Propter hoc tamē nullus intelligat q̧ tepida debeant eſſe:q̄ comedēda ſunt: imo calidiora,q̄ tepida:licet nō calidiſſima eſſe oporteat q̄ accipiunt. Propterea q̧ tepidū omne eſt mollificatiuum: & reſoluens virtutem. Ex ſententia Raſis.iiij. Almanſoris cap.iiij.& Auicennę in.j.iij.cap.xxvj.

¶ Tepida omnia,ſoluunt robur ventris: ideo calida ſuffi cienter & non calidiſſima neq; tepida ſint quæ manduca mus. Cibaria etiã actu,vel potẽtia valde frigida nullo pa cto ſunt comedẽda:quoniã ſua frigiditas humanę naturę eſt valde contraria. Galenus.ij.therapeuticę cap.v.

¶ Frigidũ eſt inimicũ neruis:oſſibus:dẽtib⁹:cerebro:ſpi nali medullę. Hippo.v.aphoriſmo℞. Et Gal.in.iij.regimi nis acutorũ cõmento. xl. Nocumẽtum aduenit neruis ex omnibus rebus frigidis in naturis ſuis.hęc Galenus.

¶ De ſaporum differentijs in vniuerſum.

Cap.ij.

Radũtur ſane a veterib⁹ medicis ſuccis ſaporũ genera eſſe tredecim:dulce:ſuaue: pingue:ama rũ:auſte℞:acre:acutũ:acerbũ:aridũ:ſalſum. Nã pręter hęc:ſunt tria gña mirabili maxĩe natura. Vnũ in quo plures pariter ſentiunt̃ ſapores:vt vinis.nãq; in his & auſterũ,& acutũ:& dulce,& ſuaue. Alterum eſt ge nus in quo ſit & alienus quidem ſapor: ſed & ſuus quidã & peculiaris:vt lactis.ſiquidẽ ineſt ei,qđ tamẽ iure dici nõ poteſt,dulce:& pingue:& ſuaue:obtinente vim lenitate:q̃ ipſa ſuccedit in ſaporis vicem. nullus hic aquis ne ſuccus quidẽ:vt tamen ex eo ipſo fiat aliquis:ac ſuum faciat ge nus.ſentiri ſiquidem aquę per ſe ſaporẽ vllum: ſuccũ ve vitium putatur. Magnum his omnib⁹ in odore momẽtũ & magna cognatio: qui & ĩpe aquis nullus:aut ſi ſentit̃ vi tium ſit.vt tria videant̃ præcipua elementa ſine ſapore:ſi ne odore:ſine ſucco:aqua:aer:ignis. Ideo nõ iniuria ſunt q̃ terra magis ſimplicia:min⁹ inquã re mixta. Q ueadmo dum igit̃ pyra agreſtia:& pruna quæ ſpini ferunt arbuſto non arbore naſcũtur:aon a græcis dicta:& corna:& id ge nus alia:quę omnia acria ſunt:in quibus intẽſa quædã eſt auſteritas. Q uę vero inter attingẽdum liguam ĩpam neu tiq̃ aſtringũt ac cõtrahũt:ſicut acerba:aliũ ſaporẽ habẽt:q̃ vero abradẽtia,abſtergẽtiaq;,cũcta ſalſa dicũtur. At quæ

his adhuc magis corrugãt amara nominant. Verũ lãcinã-
tia,abrodẽtiaq; cũ caliditate vehemẽti,acuta:ſed quę citra
caliditatẽ vllam vellicãt,acida:quę porro ſublinũt:& quaſi
replẽt:linguęq; partes abroſis mitigant cũ euidẽti attingẽ
do voluptate,dulcia nominant. At quę nõ euidentẽ ac per
ſpicuam ingerunt voluptatem:pinguia nũcupãtur. Qꝫ ſi
acuta velis manifeſte deprehẽdere: profecto allijs:porris:
cępiſq;: & id genꝰ alijs noſce:& ea teneat memoria:vt acer
bitatẽ ex vua pmatura:eiuſq; ſucco omphacio:ita ex prę
maturis pomis:amaritudinẽ ex bile:dulcedinem ex melle
vel zaccharo:vt qualitatis expers aqua putilatiſſima vide
tur. Pinguedines q̃ acumẽ habẽt nullum,emplaſticę ſunt:
meatuſq; habẽt:magis aridę ſunt & terreſtres. Huiuſmodi
autẽ ſunt:vt ſubacta ablutaq; admodũ cęra : & pinde hu-
iuſmodi ſunt emplaſtica medicamina . Quæ vero acerba
terreſtria craſſarũq; partiũ:qualitate frigida. Acida porrò
tenuium partiũ. Frigida ſiliter acerbeſcũt. quę ſuccis infe
rũtur terreſtres habẽtia partes colliqueſcẽtia. Hęc etiã aſtri
gẽtia,& arefacientia ſunt:faciliora ſenſibilibꝰ linguę parti-
bus:quæ cũ ſint aſperiora,apparẽt acria:& minus aſpera,
auſtera. Recte frigidum huiuſmodi ſuccorum dicimus tẽ
peramẽtum. verum cum inęqualiter arefacit(id nãq; indu
cit aſperitatem)prorſus id terreſtre fuerit. Nam qđ ęquale
aqueũ corpora penetrat:& diſciſſum denuo facile coit. Nã
terreſtre diſcinditur friaturq;:nec tamẽ facile coit. Corpus
ergo acre,terreſtre,& frigidum eſt. De alijs ſaporum gene
ribus ampliora in ſequentibus videbis.

¶Problemata.

¶Cur dulces,& ſalſi ſucci maxime vim ſeparãdi habent?
Aut ꝙ minime ad cõcoquẽdũ ſunt idonei: eadẽ vero ſũt
quę cõcoqui nõ poſſunt:& grauia.propter id enĩ ꝙ a qua-
litate:quæ nobis aquata eſt:detineri nõ queunt:inferna pe
tũt eruptura. id enim eruptio eſt. Aut ꝙ alij qdẽ ſucci prę
ter oleũ facile labiles: & facile tabidi ſint: oleũ qdẽ difficile

concoctu eſt. Nam facile putreſcit: ſed propter leuitatē ſu perne innatat: ob hoc ſegregatiuū non eſt: ſalſor autē gra uis & denſus. huiuſmodi autē præcipue deorſum ferūtur & minime putreſcunt.

Cur nullius animalis ligua eſt pinguis? An quoniā pin gue vnūquodq; dēſum eſt: lingua autē rara ſua natura ꝓ pterea eſt: vt percipere poſſit genera ſaporum.

Cur dulcia minus dulcia cēſentur calida q̄ refrigerata? Vtrū ꝓpterea ꝙ ſimul ſenſus duo exiſtūt: id eſt calidus & dulcis. itaq; calidus ſenſus reliquū depellit atq; offuſcat. An ꝙ etiā ſuccus dulcis calidus eſt: itaq; ignis igni adijci tur: ergo calor eſt qui impediat. An ꝙ ignis vires oīm mi nuit: qa vim obtinet cōmutādi: calida igiť propiora muta tioni ſunt: refrigerata reſident: ſibiq; iterum conſtant.

Cur ab acerbis vinū aut aqua epota dulcior ſentiatur? exēpli gratia: ſiquis glādes: aut myrta: aut tale qd oīi mā dauerit. An merito ita fiat: queadmodū vel in cæteris agi tur. oia nāq; pleni⁹ eadē apud ſua cōtraria innoteſcūt. Cō trariorū autē ſapores oppoſiti ferme inter ſe ſunt. Aut vt res in his eſt: quæ calore inficim⁹: ita etiā lingua acerbis cō ficitur illis: meatuſq; ſuos patefieri patitur: vt dulce ſubire amplius poſſit. Res enim quaſq; inficiendas humoribus quibuſdam acerbis ante immergimus: vt inde affectę infi ci colore plenius poſſint.

Ex traditionibus auctorum, ſaporum collectiones.

Sapor nihil aliud eſt q̄ quoddā ſenſuale ſenſui guſtus deputatū: qđ abhorret natura vel ex ipſo delectatur. Iſaac de vniuerſalibus dietis. cap. iiij.

Cauſatur ſapor per admixtionem ſubſtātiæ ſiccę cum humida: quādo coquūtur per calorem decoctiōe determi nata. Auerrois. iij. colliget.

Quęcūq; vero natura dulcia ſunt: ſunt propter mode rationē exiſtētis humidi: quemadmodum reliqui ſapores

ex immoderata cōmixtione reſultant humidi cum ſicco. Ariſto.xx.problematum:problemate.xx.

¶ Species ſaporū ſūt octo p̄ter inſipidū.ſcilicet dulcedo, amaritudo,acuitas,ſalſedo,acetoſitas,ponticitas,ſiccitas, & vnctuoſitas. Auicenna ſecūdo canonis cap.iij.

¶ Auerrois in.v.colliget.ꝓnūciauit eſſe nouē,inter quas ſpecies īſipidū cōputauit: licet Auicēna dixerit vbi ſupra ꝙ qui inſipidū ſaporem tenent:eorū inſipida ſunt verba.

¶ Conſtat dulcedinē cæteris ſaporib⁹ delectabiliorē:& cō plexiōi nutriēdę viciniorē eſſe ꝓpter naturalē humanę cō plexionis ſimilitudinē. Cōſtat eñ ſaporoſiſſimā humanę cōplexioni vicinantē dulcedinē. Humores eñ dulcedinis viſcoſi ſunt & groſſi tēperamēto: vicini ſubſtātiali humiditati:corporis humani aſſimilatiui. Palā ergo fit ratiōi:ꝙ dulcedo medioritatē & tēperamētū ſignificat inter calorē & humiditatē. Vnde etiā antiqui aquę tepidę ipſam aſſimilauere,quæ cōplexioni humani corporis aſſimilatur. Iſaac in vniuerſalibus diętis,cap.iiij.

¶ Omnis res dulcis eſt calida,& humida:& propterea ipa eſt cōueniens naturæ corporis humani:quoniā corpus humanū eſt calidū & humidū cū æqualitate. Galenus.iiij.de ſimplici medicina diſtinc.iiij.cap.ij.

¶ Dulce nō calefacit calefactione nociua:imo delectabili: ſicut eſt delectatio aquę tēperatæ:cū effunditur ſupra corpus. Auicenna.ij.canonis.cap.iij.

¶ Dulcis ſubſtātia eſt æqualis:& virtus omniū dulciū eſt calida:niſi quia calor diuerſificatur in eis ſecūdum paucū & multum:ideoq; ſunt diuerſitates in dulcib⁹: quia qđ eſt dulcius:eſt calidius. Et nō aduenit ex dulcis caliditate nocumētum calori innato:ſed eſt caliditas eius proxima corporibus:quibus apparet dulce. Serapio.

¶ Oīa nutriunī dulci ſimpliciter vel cōmixto. Et ex eo calidū augmētat & ſtruit nutrimētū. Quia qđ leue quidē eſt attrahit:amarū aūt & ſalſum relinquit ꝓpter grauedinē:vt

in plantis in ſalſis & dulcib⁹ terris plantatis eſt videre. Ariſtoteles in libro de ſenſu & ſenſato.

¶Operationis dulcis ſunt digeſtio, leuificatio, & multiplicatio nutrimẽti. Dulcia cõueniũt hepati: quare impinguat eis: & magnificat: & confortat. Auicẽna. xiiij. iij.

¶Dulce ſecundum nutrimentũ nutrit multum: ſecundũ vero medicinam groſſos humores diſſoluit: & mũdificat: diuerſas res tẽperat. Dura enĩ mollificat humiditate ſua. Mollia indurat cum caloris ſui ſubtilitate. Iſaac in vniuerſalibus dietis.

¶Rei, in qua multitudo dulcedinis eſt: non eſt poſſibile vt addat dulcedo in ipſa: ergo proculdubio recedit a dulcedine apud cõuerſionẽ, & pmutationẽ: id eſt digeſtionẽ: et ad saporẽ tendit: q eſt ſupra dulcedinẽ. ſ. ad amaritudinẽ. rei aũt diminutę dulcedinis expedit neceſſario, qñ digeritur, vt perueniat ad cõplemẽtũ dulcedinis. Galenus. iiij. de ſimplici medicina. diſtinctione. iij.

¶Vſus rerum dulcium videt eſſe conueniens: dũmodo duas cõditiones habuerint. Quarum prima eſt; vt eorum dulcedo non ſit intẽſa, immo remiſſa: vt poſtq̃ digeſtę fuerint a naturali calore: vere dulces efficiant: & non in cholera cõuertant. Et propterea mel & huiuſmodi valde dulcia magis ſenibus vident cõuenire: vt Raſis & Galenus dicunt vbiq; de eo loquentes. Secunda aũt conditio requiſita ad hoc vt dulcia nullũ inferant corpori nocumẽtũ, eſt vt ſubtilis ſint ſubſtãtię: & nõ viſcoſę aut groſſæ. dicente Iſaac in vniuerſalib⁹ dietis. ca. iiij. Dulcedo viſcoſa hepati & ſpleni maxime eſt nociua duplici de cauſa. vna, q; oppilatio eſt durior, & groſſior. altera, qa citius putredini eſt vicina. vnde augmẽtatiua inflationis, & rugitus: & eſt cauſa iterpolationis: febris cõmotiua facile: & naturaliter in ſinuoſitatem cholericam & in cholerica genera conuerſiua: & accidentaliter in putredinem, & oppilationem.

¶Et licet dulcia confortẽt hepar: verũtamẽ velocia ſunt

ad hoc vt faciant euenire oppilationē:propterea q̄ hepar attrahit ea laborioſe:aſſocians ea humoribus aliis. Et nocibiliora dulcia ſunt:quę ſunt ex eis groſſa: ꝑpterea qa faciūt accidere oppilationē:ex quo ex eis ſunt calida ꝑpter cōuerſionē ſuā ad cholerā. Ideo nr̄o cōſilio iuuenes raro & ꝑcipue cholerici, dulcibus rebus vti debēt. Auicēna.xiiii. tii. Et infra ſubdit. Scire debes:q̄ dulce nutriēs rapit natura anteq̄ matureſcat,& digeraꝭ:& corrūpit ſanguinem.

¶Virtus prima amari eſt calida:& ſua caliditas habet multas diuerſitates:quia illud,qđ eſt amarum multa amaritudine,eſt calidiꝰ: & illud qđ habet paucā amaritudinem:habet paucum calorem. Serapio.

¶Nō eſt poſſibile:vt ſapores dulcis,& amarus, & acutus ſint niſi in ſubſtātia calida. Amaritudo eñ in ſubſtātia calida:ſpiſſa:& terrea fundaꝭ. Auicēna in.ii.canone.ca.iii.

¶Oīa amara calida ſunt:& ſicca in tertio gradu : & terreſtria. Amaritudo enim calorē ſuū in tertio gradu eē denūciat:& ſiccitatem in ſecundo. Vnde in ſuis humoribus terreſtreitas & groſſities dominatur. Iſaac in.iiii.cap. vniuerſalium dietarum.

¶Amaritudo eſt in vltimitate contrarietatis nutrimenti aīalium:& eſt cōtrariū dulci ꝑpter ſiccitatem ſolum: & propterea interficit infantes: quādo eo multū vtunꝭ: ꝑpterea quia ſunt in vltimo humiditatis. Et vniuerſaliter nō ingreditur natura amaritudinis in re cibali:ꝑpterea quia non eſt niſi medicinalis. Auerrois.v.colliget.

¶De ꝑprietate quoq; oīm rerū amararū eſt:q̄ ipę abſtergunt:& lauānt:& mundificant:& incidunt qđ eſt in venis de humoribus groſſis. Auicenna.xiiii.tertii.cap.xx.

¶Amarū aperit:& mūdificat meatꝰ:& abſtergit:& incidit humores groſſos ꝑpter caliditatē eius manifeſtā. Gale.v. ſimplicium.cap.vltimo.diſtinct.viii.

¶Salſus ſapor ſignificat calorē & ſiccitatē ſui eē ī fine ſecūdi gradus:qa ſui humores inter groſſos & ſubtiles ſunt

mediocres terreſtrib⁹ vicinātes. Vñ virtutē hñt pūgitiuā, lauātē,& mūdificantē. Iſaac in vniuerſalib⁹ diętis.c.iiij.
¶Sapor quidē ſalſus eſt proxim⁹ ſapori amaro: quoniā ābo ſunt terrei calidi. Verūtamē differūt in hoc: ꝙ res amari ſaporis plus calida eſt:& ſicca : & aduſta. Gale.in.iiij.de ſimplici medicina.diſtinct.iiij.cap.ij.
¶Sup cōplexionē ſalſi dominat̃ pars ſicca aduſta ī qua eſt mixta pauca humiditas. Auerro.v.colliget.
¶Cū ſalſum ꝑueniat ex reſolutiōe amari ī inſipido aquoſo:parū ab amaro differre videt̃. Et ꝑpterea ſalſorū nocumenta paulo minora ab eis:quę amarorū dicunt̃ eſſe:ſcilicet calefacere,deſiccare,exaſperare,reſoluere,& ſubtiliare. Auicenna in ſecundo canone.
¶Nō vident̃ animalia ex ſalſedine ſaturari: cum nullum viuat animal ex illa. vt vocatū mortuū mare cōiectura : in quo præ nimia ſalſedine & amaritudine,nec piſces,nec aliquod aliud aīal viuere pōt.& ſalſa magis via medicinæ q̃ via cibi humano corpori cōueniūt. Ex ſentētia Galeni in lib.de cholera nigra.
¶Oīa acuta ſunt calida,& ſicca in.iiij.gradu. Et calidiora ſunt,& ſicciora cęteris ſaporibus. Et natura,& ſenſus minus fugit ſalſa q̃ amara:& minus amara q̃ acuta:ꝑpter caliditatē eorū.& ſua intenſio eſt ignea. vnde eſt corrodens: incidens:& ſubtiliatiuus magis cęteris ſaporibus. Iſaac in lib. vniuerſalium diætarum.cap.iiij.
¶Acuta viſcerib⁹ nocēt:& os ſtomachi lędūt: & viſū. Et de ſūma rerū nocibiliū oculo ē oē qd habet acuitatē. ſicut porrū & audacocha:& oīa q̃ exiccāt ſupflue. Et cibi ſalſi: & acres:& vaporoſi q lędūt os ſtomachi,ſunt:cepe,allia,& porri,& bedarugi comeſta. Ex ſentētia Auicēnę.ſcđo canonis.cap.iii.& in.iii.tertii.tractatu primo.cap.v.
¶Qui aſſueſcunt allia porros & cepas & vinū vetus acutum,aut medicamina q̃ a veneno cuſtodiūt:febres patientur. Galenus.ii.de accidenti & morbo.

❡Acutū multo plus calefacit q̃ amarū.vnde & calorē augget,& corpus velociter inflāmat, & ſanguinē adurit: ipm q; prius in cholerā mutat rubeā:poſteā aūt in nigrā. Ergo q ab allijs,& porris abſtinuerit:nocumenta malorum humorum euadet. Raſis.iij. Almanſoris.cap.j.

❡Cibaria acuta non iuuant:niſi qb⁹ humores phlegmatici abundāt: viſcoſi,& groſſi,& ſimiles nitreis. Vnde ſemp ſunt cauenda:neq; frequētanda:ne ſanguinem incēdāt. Iſaac in vniuerſalibus diętis.cap.viij.

❡Acutū acre attrahit & reſoluit,& ſubtiliat, & mūdificat & reſoluit:aperit:& adurit. Et ob hanc cauſam groſſis humoribus,& viſcoſis maxime cōueniūt:ſicuti cholericis & macilentis iuuenibus nocent pręcipue. Ex ſententia Galeni.v.ſimplicium.

❡Sapor vnctuoſus hoc habet:q; in eo pars aerea dominatꝛ cum pauca aquoſitate:& propterea calor ipſius eſt minor q̃ calor dulcis. Auerrois.v.colliget.

❡Omne habēs dominiū piguedinis & vnctuoſitatis eſt calidum,& humidum:ſua tamē caliditas eſt remiſſa. Auicēna in canticis textu commenti.xxx.

❡Cōſtat,q; vnctuoſitas,& dulcedo eiuſdem ſūt generis in caliditate:ſed tamē differunt:quia humores dulcedinis viſcoſi ſunt,& groſſi tēperamento vicini,humiditati ſubſtātiali corporis aſſimilatiui. humores autem vnctuoſitatis ſubtiles ſunt & aeris humiditati ſimiles. Iſaac i vniuerſalibus diętis.cap.iiij.

❡Vnctuoſum,ſtomachū mollificat,& ventrem fluere facit:ac ſatietatē affert,anteq̃ homo cibi quātitatem ſibi neceſſariā aſſumat,& calefacit:& pmaxime febricitantes vel habētes hepar aut ſtomachū calidū:corpus pterea humectat,atq; lenit,phlegma auget,cogitationē reddit hebetē: & augmētat ſomnū. Raſis tertio Almanſoris. Ex quibus facile cōphēdi pōt:q; vnctuoſa nō faciāt ad ſanitatis conſeruationē:& plus loco cōdimēti q̃ cibi nutriētis vtēdū eſt.

¶Q đ pure inſipidũ eſt:frigidũ & humidũ exiſtit.q̃ videt fuiſſe Galeni ſentẽtia in quarto de ſimplici medicina cap. iij.diſtinctionis.ij.ſic ſcribẽtis. Quãdo inuenimus rẽ quã ſentimus de guſtu aquę:cui penitus nõ eſt ſapor in aliquo ſuccorũ:tũc res in illo ſucco manifeſta eſt: quoniã ipſa eſt egrediẽs ab oĩ caliditate,& frigiditate manifeſta:& q; eius complexio aut eſt media,aut decliuis ad frigidum.

¶Et res aquę inſipidę ĩgroſſant & aggregãt:& mortificãt & ſtupefaciũt.Et propterea nõ ſolum ad ſanitatem cõſeruandã,ſed nec ad vitæ perduratione facere vident. Galenus lib.v.de ſimplici medicina.diſtinc.viij.

¶Acetoſus ſapor frigiditatẽ,& ſiccitatẽ in ſcđo eſſe gradu denũciat: qa humores ſui ſubſtãtiales ſunt ſubtiles,& penetrabiles:& ptim terreſtres:ideoq; pforat,& ĩcidit groſſos humores:& appetitũ cõmouet.Iſaac ĩ dietis vni.ca.4.

¶Acetoſorum corpus eſt ſubtile: & inuenies omnes res acetoſas infrigidare:& parum nutriũt:& multas generant ſuperfluitates. Galenus.iiij.de ſimplici medicina.diſtin.ij. cap.iiij.&.vj.

¶Acetoſa qdẽ nutrimẽtũ quidẽ modicũ habent:ſupflui tatẽ autẽ multã.Et nocumẽta eorũ hæc ſunt:quia cholerã nigrã adiuuãt multiplicari.neruis nocẽt. Ex ſentẽtia Ariſtotelis.xxiij.problematum,problemate.iij.

¶Acetoſum nocet oĩb⁹ mẽbris neruoſis ,ppter ſubtilitatẽ ſubſtãtiæ ſuę:ppter quã habet penetrationẽ in pfundũ mẽbrorũ:& penetrat in totũ mẽbrũ: ita vt nõ remaneat in eo pars q̃uis ſit parua valde:cui nõ noceat.Galenus tertio regiminis acutorum cõmento.xxx.

¶Ex acetoſo cibo & nutriẽte fit ſeniũ: & ſimiliter ex acuto & ſalſo. Auicenna tertia primi doctri.ij.cap.vij.& in ſecũdo canone ca.iiij. Omne ſubtile acetoſum eſt apertiuũ.

¶De ,ppríetate acetoſi eſt:vt ĩcidat,& ſeparet,& ſubtiliet, & aperiat,& mundificet:præter q; calefaciat. Galenus.v. de ſimplici medicina. In hoc tamen Auerrois in.v.coll.

liget.cum medicis non videtur concordare:cum dixit. Sapor acetoſus fit cum frigiditate mixta cũ parte humiditatis:& nõ eſt remotus a calore:& propterea incidit: & ſubtiliat. Quę ſi debẽt a medicis ſaluari:ſic puto exponẽdũ ei⁹ dictũ. Acetoſus ſapor nõ eſt remotus a calore:ſcilicet plurimũ:quia frigidus eſt ĩ primo:vt dixit Iſaac: & Raſis in tertio Almanſoris cap.j.dicens. Acetoſum frigidum eſt: licet vehemẽtis non ſit frigiditatis:choleram rubeã,& ſanguinẽ reprimit:& ſanguinem atq; ventrem ſtringit:ſi ſtomachus & inteſtina mũda fuerint. Si autẽ in eis phlegmatis erit multitudo:ventris efficit fluxũ:& corp⁹ infrigidat: virtutem quoq; debilitat: & digeſtiuam proprie ĩ hepate. Neruis etiã & neruoſis mẽbris nocumentũ affert: atq; corpus deſiccat. & rariſſime acetoſis eſt vtẽdum: & id magis gratia medicinæ:q̃ cibi.

¶Sapor ſtipticus non eſt niſi ſapor põticus debilis:& nõ differũt niſi multa,& pauca ſtipticitate. Galen⁹.iiij.de ſimplici medicina:diſtinc.ij.cap.vij.

¶Sapor põticus, & ſtipticus generantur ex ſubſtãtia frigida,terrea,& groſſa:& propterea ſignificãt ſupercomplexionem fortis ſiccitatis & frigiditatis:& põticus in hoc eſt fortior ſtiptico. Auerrois in.xxx.canticorũ cõmento.

¶Quãdo ſtipticitas eſt fortis & vehemẽs: tũc ipſa ſtrigit meatus:& coarctat eos:& aggregat ſubſtãtiam cui occurrit:& ſolidat eam:& prohibet res quæ humectãt. Galenus in.iij.de ſimplici medicina.

¶Cibi põtici naturaliter ſunt ſtiptici:humiditatis ingroſſatiui,& deſiccatiui:id ſcilicet faciẽtes vẽtri: qđ calx corijs pręparandis facit. Vnde ſubtiliter digerere,vel diętare volẽtibus nociui ſunt. Iſaac in vniuerſalibus diętis.cap.iij.

¶Experimento nouit Auenzoar:q; omnia habentia fortem ſtipticitatem: ſicut ſunt põtica: naturaliter ſunt ſicca, groſſa,& dura,terreſtria,dolorem ſtomacho generãtia: q̃uis in eis virtus aliqua confortãdi ſtomachum reperiatur:

quia nõ conferũt ſtomacho habẽtia fortem ſtipticitatem: ſed tẽperatam:ſicut roſę. Auenzoar primo Teiſir:auctoritate Zoar patris ſui.

¶Horribilia ſaporoſa humanę complexioni ſunt contraria: vt pontica,ſtiptica,acetoſa,amara,& ſalſa.Iſaac in vniuerſalibus dietis.

¶Queadmodum ſanos agere conueniat: & quantum faciant ad ſanitatis conſeruationẽ cibi & potus delectabiles:& quæ debeat eſſe refectionis quãtitas. Cap.III.

CVm de his dictũ ſit: quæ detrahendo aliquãdo quidẽ nocẽt:aliquãdo vero iuuant:ad ea veniẽdum quę ſanis cõueniãt. Sanus homo(vt Celſo placet)qui & bñ valet:& ſuę ſpõtis eſt:nullis obligare ſe legib⁹ debet:ac neq; medico:neq; alipta egere: hũc oportet variũ habere vitæ genus:modo ruri eſſe:modo in vrbe:ſępiuſq; in agro:nauigare:venari:quieſcere interdũ:ſed frequẽtius ſe exercere. Siquidẽ ignauia corpus hebetat:labor firmat.illa naturã ſeneſcentẽ:hic longã adoleſcentiã reddit.prodeſt etiã interdũ balneo, iterdũ aqs frigidis vti:modo vngi:mõ idipm negligere.Nullũ cibi genus fugere quo popul⁹ vtaꝛ.Interdũ i cõuiuio eẽ:interdũ ab eo ſe retrahere:modo plus iuſto: modo nõ ampli⁹ aſſumere. Bis die potius q̃ ſemel cibũ capere:& ſemp q̃plurimũ:dũmodo hũc cõcoquat. Sed vt hui⁹ generis exercitationes,cibiq; neceſſarij ſunt:ſi athletici:ſupuacui.Nã & intermiſſus ꝓpter ciuiles aliq̃s neceſſitates ordo exercitationis:corp⁹ affligit:& ea corpa q̃ more eoꝝ repleta ſũt:celerrime & ſeneſcũt & ęgrotãt.Cõcubit⁹ vero neq; nimis cõcupiſcẽdus neq; nimis ptimeſcẽdus eſt. Rarus corp⁹ excitat frequẽs ſoluit.Cũ aũt frequẽs nõ nũero ſit:ſed natura:rõne ętatis & corpis: ſcire licet eũ nõ inutilẽ eẽ quẽ corporis neq; lãguor neq; dolor ſequiꝛ.Idẽ iterdiu peior eſt:noctu tutior.ita tñ ſi neq; illũ cibus: neq; hũc eũ vigilia labor ſta

tim ſequitur. Hęc firmis (inquit Celſus) ſeruãda ſunt: cauẽ dũ: ne in ſecũda valitudine aduerſę pręſidia cõſumãtur.

¶ Problemata.

¶ Cur in cõuiuiorũ primordio iter aſſumẽdũ cibũ: anteq̃ expleamur: p̃mimur diſcũbẽtes: poſt ſaturitatem vero & ſub prandij finẽ rareſcimus: nõ amplius nos inuicẽ vrgentes? Dicẽdum q̀ a primordio quidem prãdij cibum appetentes plurimũ ad ea, quę deprompta, ac comparata gratia cõuiuij ſunt: omnes compoſiti diſcumbũt: & cõfertim ſimul: & perinde ita ſe inuicem vrgẽt. deinde vero cibo ſaturi: eorũ eſt qui deorſum ſe magis proclinet: & qui ĩ obliquũ: & qui aliquaten⁹ reſideat, alio extrorſus pluſq̃ deceat ſe inflectẽte: atq; hoc pacto poſtq̃ ſaturi cibo fuerint rareſcũt: alioqui quatenus a principio diſcubuiſſe omnes ad comedẽdum contigit: eatenus & pectore, & corporis iactatione eos vrgeri oportuit.

¶ Cur per hyemem: cũ ſimus intus calidiores: vt ĩ Aphoriſmis oſtẽdit Hippocrates: pituita generat̃? Q̀ plurimis abſumptis cibis ob ſtomachi robur eos vẽter nequeat cõcoquere. multitudine igit̃ tãq̃ extincta inſita caliditate frigeſcit: ac pituitam gignit: deficiẽteq; ac mancã actionem conſtituendo a pituita ſanguis occupatur.

¶ Quid faciant cibi & potus delectabiles ad ſanitatis cõſeruationẽ, ex traditionibus auctorũ collectiones.

¶ Tantã in cibis vim habet delectatio: q̀ facere poſſit vt min⁹ boni plærũq; magis bonis anteferant̃: vt colligit̃ ex ſentẽtia Hippocratis ĩ ſecũdo Aphoriſmorũ, aphoriſmo xxxviij. dicẽtis. Parũ deterior cibus, & pot⁹ delectabilior melioribus q̃dẽ & indelectabilibus eſt magis appetẽdus.

¶ Omnis em̃ cibus ſapidus: quo quis delectat̃ cũ accipit̃ a ſtomacho amplexus retinet̃: & cũ magna delectatiõe digerit̃: pluſq̃ quilibet alius: q̃ ſi fuerit abominabilis fugit & inde vomitus faſtidiũ & inflatio generat̃. Galenus in cõmento ſupradicti aphoriſmi.

¶ Scire debes:ꝙ res quę erit penes maiorē partē hominū mala modice:& penes vnū ipſoꝝ delectabilis:idē erit melior:qm̄ vbi fuerit delectatio:ibi ſeqꝫ bonitas digeſtionis. Diximus ſi fuerit mala modice:qm̄ res delectabilis ſi fuerit in vltimitate malitię:nō debem⁹ ea vti tūc frequēter ob delectationē ipſius:imo ſi fuerit malitia eius modica:& delectatio ęgri in ea ſit abūdātior magis:ꝗ in illa quæ nō habuerit ipſam malitiam.& ſi ſic debet eſſe conditio in homine ſano. Raſis in.xxv.continentis.cap.j.

¶ Duoꝝ ciboꝝ ille ꝗ minoris eſt iuuamēti:magis tamen delectabilis:melior eſt minus delectabili:etſi ſit maioris iuuamēti. Auerrois parte.ij.canticorū.cōmēto.xvij.

¶ Oportet te ſcire:ꝙ nutriēs melius eſt.qđ meli⁹ ſapit:ꝓpterea ꝙ ſtomach⁹ & virt⁹ nutritiua vehemēter ipſi applicanꝫ:cū bonę fuerint ſubſtātię:& fuerint oīa pricipalia mēbra in ſuis operationib⁹ ſana. Auicenna.iij.j.doc.ij.

¶ Si duo cibaria ī natura ſua vel in q̄litatib⁹ ęq̄lia ſaporoſiora:ſunt ſtomacho vtiliora:& ad digerēdū velociora:nō ſaporita vero ecōtrario. Iſaac in vniuerſalib⁹ dietis.cap.7.

¶ Cibi ſunt pmiſcēdi:ſcilicet humidi cū ſiccis : dulces cū acetoſis:frigidi cum calidis. Auicenna in canticis parte.ij. textu commenti.xix.

¶ Frigidū nutriēs:ſicut cucumer,& cucurbita,tēpereꝫ cū eo qđ ei exiſtit cōtrariū:ſicut allia & porri.& ſi fuerit calidū cū eo qđ eſt frigidū tēpereꝫ.& ſi oppilatiuum fuerit:cū eo qđ aperiat,& euacuet. Auicēna.iij.j.doctrina.ij.cap.vij.

¶ Caro quę calida fuerit in ſui complexione:cū vua acerba:& aceto pomi citrini.ſ.arantij.aut limonis vel mali granati,& ramis portulacę aptetur. Si vero accipientis natura ſicca fuerit,cū aceto,& cucurbitę ſucco,& ſucco cucumeris,& citrullorum,& lactucarum ſuum calorem temperantium. Iſaac in vniuerſalibus dietis.cap.xiiij.

¶ Oportet quando dominās eſt ſecūdū corpus ſanguis mūdus:ꝙ adminiſtrenꝫ cibi æquales in quātitate tēperati

ĩ naturis ſuis. Et qñ eſt phlegma dominãs, oportet vt ſint cibi calefaciẽtes: & exiccãtes: & nutriaẽ cũ his q̃ addunt in caliditate: & cõſumũt humiditatẽ: & quãdo ei fuerit domi=nãs cholera: oportet q̃ nutriaẽ cũ his q̃ extinguũt ipſam: & addũt in humiditate. & qñ ei nigra cholera dominatur: oportet vt nutriatur cibis calidis, & humidis. & cũ corpus eſt ſpiſſum tardę diſſolutiõis: oportet vt nutriaẽ cibis pau cis & ſubtilibus humidis: quia paucũ eſt q̃d diſſoluitur de corpore. & qñ corpus fuerit rarũ, oportet vt nutriatur mul tis groſſis ſiccis: & viſcoſis: propter multitudinẽ ei⁹ quod diſſoluitur de corpore. Et hoc regimen eſt conueniens de neceſſitate: niſi ſit in aliquo corporis mẽbrorũ læſio. Gale nus in lib. de Diſſolutione continua.

¶ Vehemens repletio in qualibet diſpoſitione eſt perneca bilis: ſiue ex comeſtione ſit: ſiue ex potu. quot nãq; homi nes ſupflue ſe repleuerunt: & ſuffocati interiere? Auicẽna. iij. i. doc. ij. cap. vij.

¶ Sicut cauſa frigidi morbi plenitudo pot⁹: ſic nimia abũ dantia cibi. licet eñ corporis ſit nutritiuus & ipſi conueni=ens: cauſa tamen eſt frigidorum morborum. Gal. ij. de ac=cidenti & morbo. cap. iij.

¶ Vehemens ſaturitas, & crapula calorẽ ſuffocat: & extin=guit: queadmodum excedens olei quãtitas extinguit flã=mã lampadis: donec ipſam omnino ſuffocet. Auicẽna in canticis textu cõmenti. clxxxiij.

¶ Propter crapulã multi obierunt. q aũt abſtinẽs eſt adijci=ciet vitam. Eccleſia. in ca. xxxvij. Et propterea dicẽdũ eſt cũ apoſtolo. Fratres ſobrij eſtote. &c.

¶ Frigidus natura venter appetere quidẽ bonus: digerere vero non bonus: & maxime quicũq; difficile mutabiles, & frigidi ciborũ fuerint. aceſcunt eñ huiuſmodi cito in ipo &c. Galenus. ij. Techni. textu cõmenti. cxiij.

¶ Noui medici ſentiũt: q̃ cõueniẽtia tẽpora comedẽdi tẽ peratis cõplexionib⁹ ſunt: vt tribus vicib⁹ refectio duob⁹.

celebret dieb⁹:& iſti mihi vident veritati magis appropin quare.& etiã admirabilis Auẽzoar huic aſſentire videtur. Auerrois.vi.colliget.cap.de regimine corporis tẽperati.

¶Ex vicibus ſatiãtis comeſtiõis eſt:vt homo vna die ſemel & altera bis:mane ſcilicet & veſpere comedat. Verum tamẽ in hoc vſus multũ eſt cõſiderãdus:qm̃ ille qui bis in die comedere cõſueuit: ſi ſemel comedat, debilitabitur & laſſabitur ei⁹ virtus. Sed qui digerẽdi debilitatem habet: bis comedere debet:& raro ſemel comedat in die.& qui ſemel in die comedere cõſueuit:ſi ad bis comedendum redibit:accidet ei debilitas:& pigritia & laſſitas. Auicenna tertia primi.

¶Antiqui p̃ferebãt cœnã prandio:p̃cipientes,q̃ ſumeretur plus in cœna ꝓpter aggregationẽ caloris in interiora corporis frigiditate noctis. Conſuetudo tamẽ in eis addit partẽ magnã:quoniã q̃ cõſueuit prandere:& remouet ab eo:& eſt cõtẽtus cœna:magnificat nocumẽtũ cibi.& q̃ cõſueuit ſumere cibũ in aliqua hora determinata:& mutatur ad aliã p̃ter iſtã horã:declarabitur ſibi hęc ꝑmutatio nociua:Galenus in lib.de diſſolutione continua.

¶Quibus ſemel aut bis:aut amplius,aut minus:aut ſecũdum partem dandum eſt aliquid tempori & horę,& regioni, & conſuetudini. Hippocrates in primo Aphoriſmorum: aphoriſmo.xvii.

¶Diuerſitas rerũ q̃ comedunt:& ꝓprie qñ non ſunt ſiſes in virtutibus ſuis:facit ſtomacho inquietudinẽ. Galenus in.iii.regiminis acutoꝝ.commẽto.xxxvii.Et in.v.de Regimine ſanitatis ait.Nõ debemus nociuis vtile miſcere:cum poſſumus ipſo vti ſolo.Et in lib.primo de iuuamẽtis mẽbrorũ.cap.iiii.inquit.Res cõpoſitę ex multis reb⁹ ſunt velocioris corruptionis q̃ res compoſitę ex paucis.

¶Tempus comeſtionis nõ debet eſſe longum:& tardum valde,multiplicatis modis cibariorum in eo: cum primũ cibariũ ſit diuerſum alteri in digeſtione dato in fine,& gra-

ne fiat ſuper ſtomachum. Raſis. xxv. cõtinentis.

¶ Nihil deterius eſt q̃ diuerſa nutrientia ſimul adiũgere: & poſt ĩ comedẽdo tẽpus ꝓlõgare: qm̃ cũ poſtremũ nutriẽs aduenit, primũ iã incœpit digeri: & nutriẽtis partes in digerendo nõ aſſimilantur. Auicẽna. iij. j. doc. ij. cap. vij.

¶ Et oportet a cibis incipi leuioribus: & ad digerẽdũ facilioribus: poſtea crudioribus & tardioribus dię̃tare: vt cũ deſcẽdit ſubtilis, digeratur: & nõ offendat: & nõ ſit a quo retineatur. Iſaac de vniuerſalibus dię̃tis. cap. ij.

¶ Vtile eſt ſcire eorũ quæ ad ſeceſſum incitant eduliorum qm̃ poſteriora quidem oportet ſumere quæ ſunt tardi ſeceſſus: omniũ aũt prima quæ permaneant quidem: celeriter corrumpenda autẽ ſi tardauerint in vẽtre. Raſis. ij. Almanſoris. cap. x.

¶ Meminiſſe oportet huius: qđ eſt cõmune in oĩbꝫ quęcũcũqꝫ cacochima humida & lubrica & facile ſubire potẽtia qꝫ comedere oportet ipſa priora alijs. ſic enim ipſa celeriter ſubeunt, & illis viã faciũt. vltimo aũt ſumpta ſimul corrumpunt. Idem in eodem lib. cap. xviij.

¶ Cibi quorum natura vicinior ſubſtãtię ſanguinis: ſunt ſicut vinũ, ouorũ vitelli, & aqua carnis: & panis etiã & caro licet ſint parũper lõgiora. Nutriẽtia vero medicinalia ſunt ab hoc longinqua. Auicenna. ij. j. doc. ij. cap. xv.

¶ Inculpabiliſſima cibariorum ſunt: quę ſunt ĩter ſubtiliantia, & ĩgroſſantia: qualia ſunt optimi panũ, & carnes gallinarũ, & phaſianorũ, & perdicũ, & turturũ, & merulorum, & paruarum auiũ: adhuc aũt & petrinorum piſciũ, & marinorum: & cęteroꝝ nullũ fœtorẽ habentiũ. Galenus in lib. de euchimia & cacochimia.

¶ Nullus cibus vtilior eſt in laudabili ſanguine generãdo q̃ qui pfecte digeritur in ſtomacho. Si enĩ cibus in ſtomacho bene digeratur: & ĩ alijs mẽbris ſimiliter. quo nihil melius. Iſaac in vniuerſalibus dię̃tis. cap. v.

¶ Et oportet vt offeras ſimilia ſimilibus: qñ ſeruare vis

corporis craſim qualem accepit.Galenus.iij.Techni.

¶Naturale cuſtodiēdū:& cōfirmandū. vnde ſimilia ſunt ſemp ei neceſſaria.Galenus.iij.de ingenio cap.iij. Et cap. viij.eiuſdē ait. Naturalia cuſtodire,& regere cum ſimilib⁹ debem⁹:ſicut quæ extra naturam cum cōtrarijs expellere. Et.ij.Therapeuticę ca.vltimo idem ait.Si ergo horū primū aggredi voluerimus:temperata erunt danda temperatis,& intemperata diſcraſiatis.

¶Temperatis complexionib⁹ cibaria temperata,& etiam omni mala qualitate carētia,neceſſe eſt vt dentur. Si vero diſtemperatum fuerit corpus: intantum contemperātias minui oportet:inquātum eucraſia corrupta fuerit.Calidiora enim danda calidioribus:frigidiora frigidiorib⁹:& ſicciora ſiccioribus:humidiora humidiorib⁹.Iſaac cap.j.vniuerſalium diętarum.& Galenus in tertio Techni.

¶Si velis permutare corpus ſiccum,& calidum: nō ſunt adminiſtrandæ calidæ,& ſiccæ diętæ:ſed quæ tantum eucrata craſi ſunt frigidiores & humidiores:quātum natura eius erat calidior,& ſiccior.Galenus tertio Techni.

¶Melancholicus nutriente indiget,vehemēter humectāte:& parum calefaciēte.Cholericus vero eo qđ humectat:& infrigidat.Et ille quidem:in quo ſanguis calidus,& bonus:nutrientibus indiget frigidis,& pauci nutrimenti.Et ille in quo ſanguis generatur phlegmaticus: nutrientibus pauci nutrimenti indiget:in quibus caliditas ſit:& ſubtilitas.ſecurior enim via hęc in corporibus diſtemperatis:vti ſcilicet contrarijs: q̄ ſibi ſimilibus. Auicenna.iij.j.doctri.ij.cap.vij.

¶Propter hoc calida cibaria calidis natura & iuueneſcentibus in choleram promptis trāſmutantur.calido enim calidum appropinquās in immoderatiorē craſim deſiſtit.Et facilius a ſimilibus cibis in morboſam diſcraſiam deueniunt:q̄ ſcilicet a cōtrarijs. Galenus in.ij.de virtutibus naturalibus cap.viij.& in.vj.de regimine ſanitatis.

¶ Vnaqueq; hominis cõplexio cibũ habet cõuenientẽ: & ſimilẽ: ad quẽ mutandũ ſi volũtas ei affuerit: nocumentũ ei faciet: & impedimentum. Auicenna in.iij.ſ.

¶ Quidam carnem vaccinam & ſimilia groſſa ad digerẽdum tarda, bene digerunt: & citius q̃ perdicũ & gallinarũ carnes & pullorum: ſeu laudabilium piſcium. Et eundẽ cibum quibuſdã inuenimus contrarium: quibuſdam vero non: quibuſdam ſtipticum: quibuſdam ſolutiuũ. Iſaac in lib. dietarum vniuerſalium. cap. ij. & eadem dicit Ariſtoteles, & Galenus confirmat.

¶ Sũmopere eſt obſeruãdũ: vt cibos ſibi cõſuetos quiſq; accipiat: & toties edat quoties conſueuit: niſi conſuetudo peruerſa fuerit: a qua omnino gradatim permutari debet: et illã non repente, ſed ordinate, & paulatim trãſeũdo ad bonam, deſerere. Raſis. iiij. Almanſoris. cap. iiij.

¶ In hoĩb⁹ ſunt aliqui ſingulares: qb⁹ cibaria aliqua ſunt cõferẽtia: & tñ maiori parti hoĩm ſunt nocentia: & nociua eis cõferũt. & nõ põt bñ cognoſci niſi p experiẽtiã. Raſis xxv. cõtinẽtis. cap. j. auctoritate Galeni in. ij. de epidimia.

¶ Ex multo tẽpore cõſueta: etſi fuerint deteriora ĩſuetis: minus moleſtare cõſueuerũt. Si autẽ peſſima foret cõſuetudo: paulatim corrigatur: ſi aũt nõ multũ mala fuerit: potius obſeruet̃ q̃ ſubito permutet̃. dicẽte eodẽ Hippocrate in ſecũdo regiminis acutorũ textu cõmẽti. xx. Facile qdẽ eſt cõphẽdi: q̀ mala dięta cibi, & potus, quę ſcdm ſimile fit, ſecurior eſt ĩ omnĩ tẽpore tueri ſanitatẽ: q̃ ea quæ melior ſi in ea mutatio ſubita fiat.

¶ Medici corrigi quidẽ debent ex multo ſtudio paulatim trãſferẽtes in melius: quoniam nõ ſuſtinet natura repentinas mutationes. Galenus. iij. microtechni.

¶ Omnes laborioſi euchimo indigẽt cibo. via tamen medicinæ: & propter refrigeriũ caliditatis in corpore remanẽtis poſt exercitium: æſtatis tẽpore: pauca fructuum quantitas poterit cõuenire: atq; concedi. Galenus de regimine

ſanitatis lib.j.Et in libro de Euchimia & cacochimia capi. vltimo ait. Abſtinendum eſt a cacochimis:niſi aliquando laborãtes hora ęſtatis egeãt ſanare ſiccitatẽ,& caliditatẽ totius corporis.Idonea enim ſunt illo tempore poma & pruna. De citrullo autem:& melone: & melopepone non multum offerendum eſt.

¶ Solis illis qui vehemẽter exercitãtur: & viſcera non habent male a natura facta:poſſibile eſt vt in pachichimis & groſſis cibarijs conuerſantes non lędantur. Aliorum autẽ nullus.Propterea ſi qs voluerit fortiter laborare:nõ debet oua ſorbilia aut carnes hœdi lactantis:aut pulli iuuenis:et ſimiliũ manducare:ſed res groſſiores:& ad digerendũ duriores.Galenus in lib.de Euchimia & cacochimia.

¶ Eadem autem & de regionibus,temporibus,& cõſiſtentijs intelligere oportet:ſecundũ vnũquodq; eduliũ:parcẽtem quidẽ in autumno a melãcholicis cibarijs:& exiccantibus edulijs.In hyeme autẽ vtẽtem calefacientibus. ſicut & ſecũdum æſtatem humectantibus:& infrigidãtibus. In vere autem medię complexionis media virtutibus alimẽta offerẽda.Galenus in lib.de alimentis cap.xiij. Et in lib. de diſſolutione cõtinua dixit.Et quando ſomnus poſt cibum multus fuerit:oportet ꝙ donem⁹ cibos multos groſſos:& hoc cõuenit fieri hyeme:propter longitudinem noctis:& multitudinẽ ſomni. Et quãdo ſomn⁹ eſt paucus & leuis:ſubtilibus nutriatꝰ:ſicut in æſtate: ꝓpter breuitatẽ noctis & ſomni paucitatem.

¶ Quia autumni temporis ęgritudines malę ſunt & peſſimę:ad vltimũ,tota intẽtio ſit in corporis humectatiõe. In hoc eñ tẽpore hoc plus exiſtit neceſſarium q̃ etiã in æſtate.hoc nãq; tempus pro ſuę cõplexiõis malignitate errorẽ nõ tolerat regiminis:vnde largis nõ ꝑmittit vti cibis:neq; dietã deſpicere.Raſis.iiij. Almanſoris cap.xxvj. Q đ ſenſiſſe videtur Hippocrates in primo aphoriſmorũ aphoriſmo.18.dicens. Aeſtate & autũno cibos grauiſſime ferũt.

&c.Horum autem ratio eſt : quia autūnus eſt tēpus natu-
ræ & humanę vitę contrarium:quoniā calor in eo debilita
tur:& ſiccitas fit fortior.

¶Meliores quoq; horę ad ſumēdum cibum ſunt horę fri
gidæ:ꝙ ſi horę frigidę eſſe nō poſſunt:manſiones ſaltem
frigidæ ſint. Raſis.iiij.Almāſoris cap.iiij.Et in.xxv.cōti
nētis cap.j.Melius tempus nutricationis erit frigidū:quia
calidum malum eſt. Et ſi nutrimentū non poteſt ſumi in
tempore frigido:ſumatur in loco aurorę:quia caliditas cir
cūferens corpus noſtrum,debilitat digeſtionem.

¶Et melior horarū in accipiēdo cibum,eſt hora frigidita
tis:propter aggregationē caloris naturalis ī interiorib⁹cor
poris. Sed in hora caliditatis oportet ꝙ dimittat̄ acceptio
cibi:quia caliditas aeris attrahit calorē naturalē ad exterio
ra corporis:& euacuatur ab interiorib⁹: & debilitatur calor
in interiorib⁹ corporis ad digeſtionē.Et propter hoc anti-
qui pręferebāt cœnā prādio:pręcipientes ꝙ plus ſumeret̄
in cœna ꝓpter aggregationem caloris in interiora corpo-
ris frigiditate noctis.Galenus ī lib.de diſſolutiōe cōtinua.
Veſpere igitur & mane reficiēdū eſt & nō ī meridie:vel cir-
ca:vt nonnulli faciunt:& pręſertim Alemāni.

¶Comedere oportet poſtq̄ cibi ꝑteriti fex inferius deſcē
derit : & pars vētris īferior leuis efficit̄:ī qua nulla remāſit
tēſio:& motus ꝓceſſit cōueniens:appetitiua quoq; ꝓualet:
& tunc melius iudicat̄. Raſis.iiij.Almāſoris in principio.
Et propterea dixit idē in.xxv.cōtinētis.ꝙ inter prādium
& cœnam debēt eſſe octo horę. A prādio ſexdecim horę.

¶Hora cibādi erit cum omnes digeſtiōes fuerint celebra-
tæ.Auerrois.vj.colliget.Et idē ī tertio colliget dixit.Quā
do recipitur cib⁹ poſt ieiunium ī ſtomacho & hepate:per-
mutabitur ad calorē & ſiccitatem fortem:& inducet ſtoma
chum,& hepar ad eandem complexionem.

¶Qđ in corpore eſt deterius: eſt nutriens ſuper nutriens
qđ non eſt digeſtum,mittere. Auicēna.iij.primi. Cum eo

itaq; concludēdū eſt. Omnes qui ſanitatem cuſtodire volunt: nihil comedant niſi deſyderium fuerit certum: neq; in hoc tardetur: cū ipſum ebullierit: quēadmodū ieiunātes faciunt: vt dictum eſt Auerrois auctoritate.

De pane: & ex quo panis faciens ad ſanitatem fieri debet. Cap. IIII.

PAnis nō vna ſpecies eſt tū a materia: tū ab ipſa factura eueniens: & poſtremo a coctura. At refert etiā nō parū quomō veſcare. Optim⁹ certe ex frumēto dēſo: & electi grani: vt dētibus non admodū reluctet: fractuſq; rat⁹ vt ſit: & laxus videat. nec ſolus color ſatis frumenti: at frāgēdū. Cibarius igit panis exigui nutrimēti eſt: citoq; euadit: ob abſtergendi quā habet vim ex furfuribus inteſtinis eijciētib⁹. Qui purus & ſelectę farinę, mollis: meat⁹ tardi: quāto purior, tāto ꝓbatiorē gignit ſanguinē: magiſq; nutrit. Primus puritate ex ſiligine: dein q ſemidalites noiat. Tertio loco cibari⁹ cōcoq̄tur: maxime q admodum fermēto leuatus: ac pinſus ſubactuſq; vi multa: dein toſtus igni tēpato in clibano. Qui ſubitaria ignis iniectiōe obſidetur, foris ſummo ten⁹ cruſteſcit: vt improbatus panis euadat: tum q introrſum cruditatē amplectat inutilē: tū q foris aridum nō facile cōcoquat. at ſi infra mediocritatē ignis cōſtiterit panis crudior efficitur: præſertim internus. Qui vero mediocri igne diutius in ea æqualitate retenti panes coquuntur: hi facile cōcoquuntur: in cæteriſq; efficaciores euadunt. Optimi igitur clibanitæ, quo diximus modo torti & parati: deinde furnacei eodem modo concinnati: q non æque ac clibanitę in totum coquantur. Calidi igitur panes tardos meatus habent: multumq; nutriunt: facileſq; concoctu: refrigerati difficiliores ꝯcoctu: nec vtiles ęque. Ad cōplures aſſeruati dies non probabiles. Non deſunt medici: q a pane auertāt ſemidalitē: q iecur ſtatim obſtruat: lienēq;: & articularib⁹ & calculoſis aduerſetur: ob vim glutinādi quam

habet ſimilago.

¶Cur panes non ſaliti plus ponderēt:q̄ ſaliti:modo cętera omnia pari habeanť menſura? Contrariū nāq; veriſimilius dixeris:cū ſal adijciať & grauior ſit, q̄ aqua. An quia ſal exiccare poteſt:ex quo incorrupta ſeruanť quæ cōfecta ſale reponimus. Abſumitur eīm a ſale reſiccaturq; humor qui ex calore putreſcit.& in pane igiť humor a ſale cōſumitur extraq; eff lať:quocirca panes pridie facti leuiores q̄ calidi ſunt:vtpote frigidiores.cōtra his,q ſale vacāt:humor largior inſidens,efficit grauiores.

¶Cur panes frigidi albiores cernunť q̄ calidi? An eadem quodāmodo cauſa eſt cur inueteratum quoq; oleum cādidius ſit q̄ recens? Cauſa nāq; nigroris humor eſt: hic autē in hiſce vtriſq;,vt recētibus vberius continetur:ſic tēpore prouectis parcius in ſuperficie reſidet, ꝓpter euaporationem.Euaporatur prorſus oleū vel tempore: vel ſole. Panis autem calore inde egrediente per refrigerationem.Humor itaq; frigidis iam euanuit:calidis adhuc ineſt,

¶Cur piſtorum cęterorumq; officio fungentium frumētario:qui hordeum attractāt:imbecilli efficianť: & deſtillationibus(vt Ariſtoteli placet)infeſtenť: qui autem triticū corpore ſint bene habito? An q; facilius triticum cōcoqui q̄ hordeum poteſt:atq; ea re delibamenta inde manātia eē faciliora neceſſe eſt.

¶De panis electione.Ex traditionibus auctorum collectiones.

¶Cōcordati ſunt antiq medici:q; melior ex cibis terrę naſcētibus hominib⁹ naturalib⁹:hoc eſt illis qui ſtant in quīto climate,aut quarto,ſit triticum artificialiter præparatū. Auerrois.v.colliget.

¶Granum tritici,pręcipuus eſt cib⁹ ad humani corporis nutrimētū:& eius naturaliter ſimile cōplexioni. Habet eīm granū tritici proprietatem ab omnibus granis exceptam: q; nutribilius:& laudabilius eſt:propter ſimilitudinē com

plexionis noſtri corporis.Iſaac in particularib⁹ diętis.

¶Triticum tēperamento eſt vicinū:licet caliditati parū at tineat.Eſt eñ oībus granis magis cōueniens:& magis ꝓ= prium īuenitur.Et ſanguis ex eo granis tēperatior exiſtit. Raſis.iij.almanſoris.cap.ij.

¶Triticum oībus granis laudabilius eſt:& magis tēperā= tię proximū:niſi ꝙ ad calorem declinat parū:ideoq; factū eſt cōuenientius oīb⁹ granis:& hominū corporib⁹ cōferen tius:ac laudabilior cibus. Haliabbas.v.theoricę cap.xv.

¶Granum frumenti eſt magis iuuatiuū hominibus omī alio grano:& illud qđ ē ex eo,clarū eſt & firmū:& nō de fa cili frangitur.eſt valde nutritiuū & melius & nutribili⁹ alio & illud qđ eſt diaphanū & leue,ecōtrario. Ex ſentētia Ga= leni in libro diętarum.

¶Tritici recentis & noui nutrimētum paruū exiſtit,& cru dum:phlegmaticū & inflatiuum: rugitū & dolorē laterib⁹ cōmouet:& in putredinē cito conuertitur.Manifeſtat autē hoc:ꝙ videmus lumbricorū & cucurbitinorum generatio nē. Suā quoq; ſupfluā oſtēdit humiditatē:ſcilicet ꝙ ipin guet velociter corpus panis factus ex eo.Iſaac in particu laribus diętis.Sit igitur medium in ætate:quoniā eius hu miditas inter multam & paucam eſt media.

¶Melior cęteris eſt panis factus ex farina tritici in hunc modū:vt ſit cuſtoditū a malis accidētib⁹ eidē euenire po= tentibus. Auerrois.v.Colliget.

¶Oportet vt ſanitatis cōſeruator ſtudeat eligere triticum ab extraneis rebus purgatū:qđ ex meſſe ſana fuerit colle= ctum:& cui nullum acciderit nocumentum. Auicenna.iij. .j.doctri.ij.cap.vij.

¶Panis habens multū de furfure,non trahit morā in ſto macho : & eſt pauci nutrimēti:& in quo eſt parū de furfu= re, eſt ecōtrario.Et panis quāto mundior tanto magis ge nerat humorē meliorē:tamē eſt tardi deſcēſus.Ille vero:ꝗ nō eſt bñ mūdus:& multi furfuris:generat malū humorē:

& eſt velocis deſcẽſus. Et ꝓpterea farina debet eſſe ſufficiẽter & nõ ſupflue molita: vt cortices groſſi remaneãt: & nõ poſſint cum cribrãt cum farina per ſetaceum tranſire: & inde mundior, & ſalubrior ſit ipſa. Ex ſẽtẽtia Raſis. xxi. continentis cap. xxxvij.

¶ Panis de ſimila nutribilior eſt q̃ alius: & eius nutrimẽtũ eſt melius: ſed eſt tardioris penetrationis: egreſſionis: & deſcẽſus. Auicenna in ſecũdo canone cap. cccccl xxvij. Opinati ſunt tamẽ poſteriores medici: q panis ex ſimila cõpoſitus difficilis & tardę ſit egeſtionis.

¶ Farina quæ vicina eſt mollitiei: & vicini tẽporis: calefacit corpus: ventrẽq; conſtipat. Igneã enim naturã ex moledini inuolutione adepta eſt: vnde ſtomachum calefacit: & egeſtionis humiditatẽ exiccat. Quæ vero longinqui eſt tẽporis, hepar calefacit: & a ſtomacho eijcit cito. Quę vero medij eſt tẽporis præfatarum eſt media poteſtatũ. Talis enim farina munda, & molita, eſt illa quæ comeditur: & in complexione eſt calida: & humida. Ex ſententia Iſaac in particularibus diętis. & Serapionis in cap. de maturatiua medicina.

¶ Panis qui ex tritico fit: melior redditur quando multũ ſalis habet: & multũ fermenti. ex quibus bene fermentat⁹ citius digeritur: & magis tenuis & ſubtilior inuenitur. Raſis. iij. almanſoris cap. iij.

¶ Quando panis cõficitur: ponitur de ſale conuenienter: & conficiẽ cum multa aqua ad hoc vt ſit ſpõgioſus: & ſit etiam competenter fermentatus. Panis autem azimus eſt groſſus: & viſcoſus. Eodẽ modo nõ eſt bon⁹ q eſt multũ fermentatus: quia tranſmutatur ad humores putridos ꝓpter calorem extraneum generatum in eo: ſcilicet fermento. Et debet eſſe quãtitas fermenti & ſalis moderata: quoniam panis qui fermenti ſuperfluum ſaliſq; habuit: parũ nutrit: & nõ confortat. Virtus enim ſalis humiditatem ei⁹ exiccat: fermẽtũ autem commixtionẽ eius rarificat. Auer

rois.v.colliget.cap.de complexione cibariorum.

¶ Panis cõueniens nõ debet eſſe ſine ſale:immo multum ſalis & fermẽti habeat:& coctus ſit diligenter. Galenus.v. de regimine ſanitatis.

¶ Propterea ponitur fermẽtum in pane ad hoc vt faciat ipſum ſpongioſum:& vt in eo dominetur acritas:& ſit facilis ad digerẽdum: propterea quia corpus aereum leuius eſt ad permutandũ propter ſuam humiditatem:ſicut ſubſtantia ſicca eſt dura ad permutãdum & digerendũ. Auerrois.v.colliget.

¶ Quia deſiccat ſal:propter quod & ſaluant̃ imputridi,ſaliti: cõſumitur autem & deſiccatur humidũ ab ipſo quod putrefit calido: & in pane igitur cõſumitur humidum a ſale:& exhalat extra. ꝓpter quod veteres panes leuiores ſũt calidis frigidi exiſtẽtes.In nõ ſalitis autem hoc humidum plus exiſtẽs facit grauiores ipſos. Ariſtoteles.xxj.problematum problemate.v. Et in commẽto Conſiliator ita ait. Cauſa huius eſt quia ſal in ſua caliditate & ſiccitate habet de ſiccitate illa quibus admiſcetur: & ideo panes ſaliti ſeruantur imputridi:nam per ſal conſumitur reſolutione calidi & ſiccatur humidum aqueum: quod natum erat putreſcere a calido.

¶ Panis paruus & ſubtilis interiora ignis perforat:& humiditatem medullæ exiccat. Vnde parum nutrit:& tarde egreditur:& ventrem conſtipat: & præcipue,ſi ſit vno vel duobus diebus a coctione longinquus. Magnus etiam panis non laudatur:ꝙ forma panis magna medullæ plus habet: & corticem ſubtiliorem. & quia medulla groſſa eſt & viſcoſa & humida: vnde eſt inflatiua,phlegma viſcoſum generans:propterea parum nutrit:& ad digerendum eſt durus: humiditatem digeſtionis excitans: & ventrem ſoluit. Si autem digerat̃,plus eſt nutrimenti. Et ideo mediæ exiſtat quantitatis:& mediæ erit poteſtatis. Iſaac doctrina prima.

❡Panis in furno coqui debet: nec etiã ſic quomodocũq3: ſed cũ igne cõmenſurato. Superexcellens enim clibani calor vituperatur. Auicẽna.xiij.tertij cap.xxxix.

❡Ille panis qui nõ decoquitur bene: eſt plurimi nutrimẽti: & ſimiliter parũ habẽs fermẽti: ſed eius nutrimẽtũ oppilat: ꝑterq̃ illos q plurimi ſunt exercitij. & panis de patella eſt hu9 generis. Eius nãq3 pars iterior raro decoquit. Auicenna ſecundo canonis cap.cccccLxxvij.

❡Azimus panis nimiũ nutrit & diutiſſime digeritur: proprietatẽ habet oppilationẽ & vẽtoſitatem generãdi. Idcirco omnibus naturis incõueniẽs eſt: niſi raro eis qui maximis laboribus exercentes ſunt: vt meſſores & huiuſmodi. Iſaac doctrina prima.

❡Panis qui ſteterit poſt decoctionẽ ſuã vltra vnũ diem, ſuam tẽperatam cõplexionem perdit: inquãtũ eſt panis: & incipit recipere alteratiõnẽ: & quãto magis indurat: eius indigeſtio multiplicatur: & ei9 ſiccitas augetur: quare humores ſicci ex ipſo procreantur: vnde ipſum comedere prohibeo. Auenzoar primo Theiſir cap.j.

❡Panis ſiccus & vetus ſtringit vẽtrẽ, quãdo ſumitur ſolus: & ſimiliter facit panis bis coctus. Serapio. Cõſimiliter panem recẽtem & calidũ omnes antiqui prohibuere ad ſanitatẽ. de quo dixit Iſaac. Panis qui ea die comedit min9 eſt nutritiuus: velociter digerit: tarde deſcẽdit: quia extrinſecus ifrigidatur: & poris clauſis & calore recluſo interius manet fum9: & inde exire nõ poteſt pororũ oppilatione: & reuertens inuenit aliam fumoſitatẽ: quib9 groſſities fumoſitatis & inflationis cõficitur. Et inde durus, & indigeſtus & inflatiuus ſtomacho redditur.

❡Panis calidus facit ſitim ſua caliditate: & natat propter ſuã humiditatẽ vaporoſam: & ſatiat velociter ꝓpter illud: & eſt tardę deſcenſionis. Auicẽna in ſecundo canone.

❡Panis calidus cũ ex camino extrahitur omnib9 reliquis peior eſt: quoniã immoratur ei9 a ſtomacho deſcẽſus. & ſi

tim prouocat.Hali.v.Theoricę.cap.xv.

¶De pane facto ex alijs granis q̄ tritici,dicit.Auerrois in quinto colliget:q, habet illam virtutē quā habent illa grana:quę cū omnia ferme illaudabilia ſunt:& panis ex eis cōfectus ſimiliter.

¶Euchimorū cibariorū tritici quidē ſunt panes puri elaborati bene & cocti ſecūdū certitudinē:habētes cōmixtionem & fermentationē moderatā:& de ſale cōſimiliter. Galenus in lib.de euchimia & cacochimia.

¶Panis ille eſt melior qui poſt primū diem vel ſecūdū accipitur:quoniā intus & exteri⁹ frigiditas dominat̃:& propterea laudabilis eſt nutrimēti:qa neq; groſſus,neq; viſcoſus exiſtit.Iſaac in prima differentia.

Pars Secunda libri Secundi:quę eſt de Carnibus in vniuerſum.

¶De carnibus ex grecorum maxime ſententia Cap.vnicum & vniuerſale.

CArnes animaliū nō oēs hominē nutriunt:ſed aliquę etiā letales ſunt:aliquæ autē non ad nutrimentū modo exhibent̃:verūetiam ad adiumentū. Nutrientiū quoq; nō eādem omnes habent vim. Omniū igitur eduliorū caro porcina maxime nutriēs eſt:boniq; ſucci:meliuſq; omnib⁹ bene cōcoquitur. Bubulę autē carnes nutrimentū ipſæ quoq; prębēt nō exiguū: neq; facile aptum vt diſtrahatur. Sanguis craſſior cōuenit geniturę:& ſi qs natura ſuapte fuerit paulo magis melācholicus tēperamēto,capietur aliquo melācholico affectu hac eſca vſus plurimū. affectus autem huiuſmodi ſunt cancer:elephātiaſis:īpetigines:ſcabies:quar

tana febris: vel quę ſuo nomine, gręce melancholia: latine atra bilis nominatur. Splen quoq; aliquib⁹ huiuſmodi cõtrahitur: quo mali habitus, & aquę intercutes ſępenumero deſequiunt. Aridior nãq; & calidior prorſus temperamẽto eſt bos: vituli autẽ iuuenes meliores ſunt cõcoctu: carnes nãq; temperamẽto humidiores habent. Humidiſſimũ autem habẽt temperamẽtum, vel vt nũc loquimur complexionem: pituitoſamq; agni: pecudũ autem caro redundãtior eſt: & malũ magis gignens ſuccum. Mali quoq; ſucci eſt caprarũ cum acumine. Hircorum cum acumine peſſima: & ad bonum ſuccum gignẽdum: & ad cõcoctionem. inde arietum: inde taurorum. In his autem omnib⁹ caſtratis meliores: ſenes autẽ peſſimæ cõcoctione: & ad bonum ſuccum: & ad nutrimẽtum producẽdum. Proinde ſuum tametſi ſunt temperamẽto humidi: ſenũ tamẽ venoſę carnes: & durę: & aridiores: perindeq; carnem habent difficulter concoquibilem. Leporis caro craſſioris quidem eſt ſanguinis generãs, at nõ malum gignit ſuccum. Boum & pecudum mali ſucci. Ceruorũ & dura: & difficulter cõcoquibilis. Agreſtium aſinorum: quoniam aliqui ea veſcuntur: quemadmodum & cicurum: ac domeſticorum: vt inquit Aetius: veſcũtur Alexãdrini: peſſimi ſucci: difficillime cõcoquibilis: & ſtomachum offendit: & inſup inſuauis: ſicut etiam equorum: & camelorum, quibus qui veſcũtur, tam mente q̃ corpore ferini ſunt homines: inquit Aetius. Vrſorum etiam carne veſcũtur: quã perhibent quidam a peſtilẽtibus morbis purgare. His deteriores ſunt carnes leonum & pardorũ. Canibus iuuenibus & pinguib⁹ inquit Aetius veſcuntur aliqui: verum carnes eorũ prorſus omnes ſunt aridiſſimę naturę: acutumq; nutrimentũ corpori ingerunt & iuxta condiendi modum, vt alia: magis, minuſq; nutriunt, magis, minuſq; concoquũtur. Quæcũq; aſſæ, vel frictæ comedũtur aridius corpori præbent nutrimentũ: quę vero lixatæ, & cõditæ inter has medię. Omnes prorſus eli

xæ ſalubriores ſunt pulpæ: q̃ toſtæ: & toſtæ q̃ frictæ. Magna quoq; differẽtia in cõdimentis. Refert enim plurimũ quo pacto aliquid condias. Q: ſi arefacere corpus volueris: aridorum temperamento exhibebis pulpas animaliũ. calefacere ſi volueris, calidorum. ita ſi refrigerare: ſi humectare volueris.

❡Problemata.

❡Cur in oſſis corruptione adiacens caro inuenitur ſqualida: ſcaturioſa: liuida? quoniam corruptio oritur a membri diſtemperãtia: diſtemperãtia porro corrũpit: & vim diſtributiuam oſtẽdit. ipſa igitur nequit legitimam & ſolidam ac rubicundam carnem gignere: ſiquidem ſanguis a natura non tranſmutatur.

❡Cur oſſa cum ſint aridiora: & validiora: inter prolabendum confringuntur: caro autem cum imbecilla & mollis ſit: a terra nequaq̃ afficitur? Q: quę validiora ſunt obuiantia atq; reſiſtentia oppugnanti ex conflictu & colliſione ſua inter ipſa inuicem ſubeunt afflictionem: obtemperantia vero ſubmittentiaq; atq; cedentia propter eſſentię mollitiem oppugnanti: ac obnitenti ſe ſubmittẽtia: ac obtemperantia: comploſionem ac colliſionem tegũt: & aduerſantur. Idem etiam hominibus euenit & ſtirpibus ac inanimatis corporibus.

❡Cur alia elixa: alia aſſa melius edi poſſint? An q, humidiora non eatenus humectari: ſicciora nõ amplius exiccari oportet. Elixa autem humidiora mollioraq; omnia redduntur: quæ vero minus humida ſunt: hæc igne confecta ſicciora prorſus euadunt.

De carnibus ex traditionibus auctorum Collectiones.

❡Caro omnibus nutriẽtibus vehemẽtius nutrit corpus.

propterea impinguat:& corroborat. Raſis in tertio Almã ſoris, cap. ix. Et in libro, xxiij. cõtinẽtis. cap. lxxiij. Caro: quoties bene digeritur: generat ſanguinẽ, bonũ & cõferentem:& proprie ſi fuerit de carnibus animaliũ bonorũ humorum: ad modum carnis porcinę.

¶ Caro oĩs calida eſt:& humida: multi nutrimẽti:& multũ generans ſanguinẽ:& ideo ſapientes fuerũt: qui vſum eiꝰ inuenerunt. Hali. v. theoricæ. cap. xxj.

¶ Quę carnium malũ habẽt odorẽ: ſunt ſanguinis generatiuę deterioris. Ideoq; nullo modo comedi debẽt. Raſis iij. almanſoris cap. ix.

¶ Carnes ericij: vulpis: leporis:& ſimiliũ naturæ humanæ non ſunt ſimiles. imo earum nutrimenta ſunt peſſima: qđ teſtatur grauitas odoris:& vicinitas fœtoris:& ideo ab humanis complexionibus ſunt diſcedentes. Iſaac in vniuerſalibus dię tis cap. xiij.

¶ Caro groſſa multum laborantibus conueniens eſt: ſubtilis autem his, qui prędictis ſunt contrarij, conuenit. Raſis vbi ſupra.

¶ Carnes ſubtiles, & leuis digeſtionis ſunt caro hœdi:& perdicum:& turturũ non ſuperflue pinguium:& gallinæ. Carnes vero groſſę ſunt hepar: ſplẽ: cor: carnes hircorũ:& arietum:& ſimiliũ. Auicẽna. xiiij. iij. cap. xxj.

¶ Domeſtica aĩalia ſaporoſiora & nutribiliora ſunt ſyluaticis: exceptis capreolis: qa minoris ſunt caloris:& maioris humiditatis ſyluaticis alijs:& ĩde laudabiliores. Antiq aũt dicunt domeſtica animalia accidentaliter pertinere ad pauca nutrimenta. Syluatica vero accidentaliter pertinere ad multa. Domeſtica enim, etſi multum nutriant naturaliter: quia inde a membris cito diſſoluuntur, membra ſemp inaniunt:& alius cibus ad complementum quæritur:& ſic paruum nutrimẽtum requiritur inde. Syluatica vero: etſi parum nutriant naturaliter: quia dure a membris diſſoluũtur:& tarde: ſufficiunt tamen membris: vt non pauperen-

tur in cibis quęrendis.& inde antiqui nutritiua multum ea dixere. Syluatica ergo animalia ad confortandum mem=bra bona ſunt:domeſtica vero ad ſanitatem cuſtodiẽdã. Hęc Iſaac.

¶ Syluestrium caro omnium mala eſt:ſanguinem eñ generat groſſum:melãcholicũq;.Hali.v.theoricæ.

¶ Animalia domeſtica ad ſylueſtriũ cõparationẽ calorẽ & ſiccitatẽ habẽt tẽperatiorẽ: ꝓpter ſuę quietis & aeris tẽ=periem:proinde ſunt nutribiliora,& laudabiliora. Iſaac in dietis particularibus.

¶ Quę dietant in mõtibus animalia omnia ſicciora & ca=lidiora ſunt cõplexionib⁹.Galen⁹ in lib.de ſubtilitate diet. cap.viij.Et in tertio de alimentis cap.xiij.Caro domeſtico rũ animaliũ humidior eſt ea:quę eſt ſylueſtrium : & ꝓpter humiditatẽ aeris in quo verſant:& propter deſidioſam vitã.quę aũt in montibus defatigãtur:& laborant ſępe: & in ſicciori aere morant:ꝓpter hoc caro ipſorum eſt durior:& minus putreſcibilis. Alimẽtum eñ ſylueſtrium ſine ſuperfluitate eſt magis domeſticorum. Galenus.iij. de alimen=tis.cap.xiij.

¶ Quę in domib⁹ nutriunt:& incraſſant: carnes habẽt viſcoſiores & groſſiores ꝓpter multas comeſtiones: & ſui cibi corruptiões & groſſities. vñ duriores ſunt in ſtomacho & hepate:& ad digerẽdũ tardiores. Si tñ bñ digerãt nutriunt multũ & mẽbra cõfortãt.raro tñ cõtingit vt bñ digerãtur:qm̃ vniuerſa aĩalia,q̃ inexercitata ſunt, ſuperfluitates ſunt habentia. Iſaac cap.xiij.diętarum vniuerſalium.& in eodẽ dicit auctoritate Hippocratis. ꝙ ſine dubio anima=lia:q̃ in cãpis,& pratis degũt, carne ſunt leuiora: & facilio ra ad digerendũ:plus q̃ ea quę in domibus paſcunt. Igit fugiendæ ſunt maxime carnes domeſticę domi nutritę ſi humidę fuerint cõplexionis:vt ſunt carnes porcorũ, auiũ & colũbarũ. Poſſumus ergo cõcludere:ꝙ animalia dome ſtica paſta in mõtib⁹ & ſiccis locis ſunt mediocria in omni

bus inter ſyluatica & domeſtica domi nutrita: ideo carnes eorum cęteris ſunt laudabiliores & conuenientiores & pfe ctiores in cuſtodienda ſanitate & confortatione & in mē bri aſſimilatione.

¶Maſculina oīa fœmininis ſunt calidiora:& minoris hu miditatis. Sūt etiā laudabiliora:& digeſtioni faciliora. Fœ minina vero: qa minorē habēt calorē:& hūiditatē maiorē: ad digerēdum ſunt tardiora. Iſaac in particularib⁹ dietis.

¶Caro nigri eſt leuior & ſuauior & ſimiliter caro maſculi. & hoc: qa calidior:& ſiccior. fœmina aūt frigida: & humi da. Auicenna in ſecundo canonis. cap. de carne.

¶Caſtrata aīalia inter cōplexionē maris & fœminæ ſunt mediocria in ſpecie ſua: ideo actiōes eorū,& paſſiones fœ minis ſunt vicinātes: qa etſi quilibet maſculus naſcatur: nobiliſſima tamē mēbra, q̄ naturalis caloris ſunt fundamē ta, amiſit. Inde calor deficit. Iſaac cap. xiiij. vniuerſalium dietarū. Sciendū tamē eſt: ꝙ hęc dicta, de caſtratis quadru pedū maxime ſunt intelligēda. dicēte Iſaac in particulari bus dietis. Volatilia caſtrata omnibus animalib⁹ ambulā tibus ſunt vtiliora. Necnon galli caſtrati volatilib⁹ oībus conuenientiores: cū laudabilius nutrimētū & pfectū gene rent ſanguinem. De ouib⁹:& capris: vel hircis caſtratis in ſequentibus dicetur. impręſentiarum nihil dicere volum⁹.

¶Lactētiū carnes ſunt humidiores: & a ſtomacho lubri ciores: vētris ſolubiliores: ſanguinē phlegmaticū & multā ſupfluitatē generātes: niſi ſiccę ſint naturaliter ſicut boui nę: caprinę. quarū nutrimēta ſūt cęteris laudabiliora: & ma xime bonū lac ſuggētia. Et ſi animalia lactentia naturali ter fuerint humida: ſūt peſſima: quia humiditas naturalis, & humiditas ętatis in eodē ſe colligūt: & inde fiūt groſſa: & viſcoſa: & ad digerendū dura: & corruptū nutrimētū fa cientia. Et cum humidę ſint cōplexiōis, phlegmaticos ge nerāt humores: & calidos fumos: & corruptos. Et iñ eſt ꝙ lactētia porcia, & agnina ſūt peſſima: ſed plus porcina ex

naturalis caloris paruitate: & viſcoſitatis & hũiditatis dominio:& ideo ſũt fugiẽda. Iſaac i vniuerſalib⁹ diȩ.ca.xiiij.

❡Carnes iunioꝝ animaliũ digeſtibiles ſunt:ꝑterq̃ ſi poſt q̃ nata fuerint,mox comedãtur. Sup̃fluitatibus eñi plenȩ ſunt oẽs hæ. Et maxime eoꝝ:q̃ humidiores habẽt natura carnes:ſicut agnorũ:& porcorũ. Hœdorũ vero:& vitulorũ:quȩ ſicciora ſunt aĩalia:multo ſunt meliores:& ad digeſtionẽ:& ad nutritionẽ. Galen⁹ in lib. de Euchimia & cacochimia.& in tertio de alimẽtis cap.xiiij.ait. Caro quidẽ humidiſſima eſt poſt parturitionẽ. Et in lib. de diſſolutiõe cõtinua,ſic quoq3 dixit. Omne qđ ex animalib⁹ ſiccis paruũ velocius digerit: q̃ magnũ:& ideo caro vituli velocius digeritur:q̃ caro bouis:& hœdi & aĩalis agni velocius digerũtur carnes: q̃ caro antiquorũ:& q̃ caprina. Et omne qđ eſt ex aĩalibus huiuſmodi:magis & velocius digerit:q̃ anteq̃ dureſcant.eorum vero quȩ humida ſunt:econuerſo. Et ideo animalis ex pecude velocius digerit:q̃ agnus. Et caro omnis animalis,qđ eſt in augmẽto & cremẽto,velocius digeritur:q̃ eius qđ inueteratũ eſt:& antiquum. Et dixit ſecũdo de complexionibus cap.ij.qꝫ caro animalis cũ naſcitur ſit inſipida propter multitudinẽ humiditatum in ea:& proprie quæ humida natura eſt.

❡Nõ debet comedi caro morticina: neq3 macilẽta valde nec etiam caro illius qđ natum eſt in minori tẽpore vnius menſis. Raſis. xxiij. continentis cap.ccviij.

❡Animalium decrepitorum:& impinguatorũ caro mala eſt:nec eſt in comeſtione eius vtilitas. Quæ autem media reperitur:mediocris exiſtit. Raſis in Almanſore libro tertio cap.ix.

❡Omnium animaliũ fugienda ſunt vetera:& nouiter nata. Nã hæc quidẽ duriora ſunt:& indigeſtibiliora:illa vero quia vltra q̃ oportet humida: & ſup̃fluitatem generantia: & maxime quæcũq3 animalium ſunt humida:ſicut oues. Galenus.ij. Therapeuticȩ.cap.ij.

¶Pinguiſſima cõpoſitio,eſt indigeſtibilis: cito de ſtomacho deſcẽdens:ventrem humectat:velociter in corruptionem cõuertit:phlegmatis viſcoſi eſt generatiua: & magis ſi ſit de humidis aialibus:vt ſunt porci: & pecudes. Iſaac in particularibus dietis.

¶Carnes animaliũ macilẽtorum & prouectorũ ſunt peſſimæ. Galenus.iij.de alimẽtis. Ex quib⁹ manifeſtum eſt: ꝙ caro macroꝝ animaliũ non ſit comedẽda:minuſq; etiã caro pinguium ex arte & ſtudioſe impĩguatorũ. Quoniã craſſiſſima animalia ſimiliter ſunt peſſima:cũ piguedinis proprietas ſtomacho,& digeſtiõi ſit nociua: vt inqt Iſaac in vniuerſalibus dietis.cap.xiiij.

¶Caro pinguis lenit vẽtrem cum paucitate ſui nutrimenti:& velocitate ſuæ cõuerſiõis ad fumoſitatem,& cholerã: & egeritur velociter. Auicẽna in cano.ij.

¶Via tutior & ſecurior eſt:vt relictis extremis pĩguiſſima ſcilicet & macerrima,carnẽ mediocrẽ comedam⁹:quia quę animalium iter craſſitiem,& maciem ſunt media:in natura ſuę actionis & paſſiõis ſunt mediocria. Iſaac in lib. vniuerſalium dietarum.cap.xiiij.

¶Caro quæ inter pĩguedinẽ,& maciem exiſtit, ſanguinẽ generat tẽperatum. Et caro rubea ſine pĩguedine maioris eſt nutrimẽti:ꝙ quę eſt cum pĩguedine:& pauciores generat ſupfluitates:& ſtomachum plus corroborat. Raſis tertio Almãſoris cap. xj. Sit itaq; caro faciẽs ad ſanitatẽ nõ macra:neq; pĩguis: ſed de carnoſo:iuuene:& ſatis pingui naturaliter aiali:& nõ in domo incraſſati ſupabũdãter. Et pręſertim:ſi illud animal humidę fuerit complexionis.

¶Antiqui:& maxĩe Ruffus ꝑcepit:vt carnes macrę nullã pinguedinẽ habẽtes nõ accipiant niſi elixę: vel in iuſculo coctę: quaten⁹ ab ipſa aqua fiant humidę:vnde ſuę ſiccitates temperẽtur. Et ſi cum ſale & aqua carnes elixantur ex aqua humectãtur:& tenerãtur:& facile digerũtur. Iſaac auctoritate Ruffi.

¶ Caro pinguis nõ debet comedi niſi aſſata cũ multo ſale:& ſup carbones ignis:vt plurima ſua humiditas queat exiccari. Si tamẽ multũ pinguis nõ eſſet,minori foco coquinãda eſt.Idem Iſaac vbi ſupra.

¶ Caro ſuper prunas aſſata multũ nutrit: corp⁹ nãq; corroborat:atq; velociter nutrit:tarde tamẽ atq; vix vnq̃ tota oĩno digerit.Caro autem quę in patellis poſita in furno coquitur mala eſt:parum eñ nutrit.Raſis.iij.Almanſoris cap.xij.Cui tamẽ non videtur aſſentire Iſaac in vniuerſalibus diętis capi.xix.cũ inquit. Focus panificij & aſſandi mollior & quietior:& ſine flãma in calore tẽperatus bonus erit:ne ad exteriora corpora ꝓualeat:& ſuã humiditatẽ cõſumat:dura,& ſicca faciat anteq̃ interiora ſint cocta:quẽadmodũ focus carbonũ facit. Cuius magis videt̃ adhęrẽdũ opinioĩ:cũ Almãſor in loco pręallegato ſic dicat.Caro in veru aſſata,groſſa eſt:& multũ dat nutrimẽtum:quę nõ digeritur niſi cũ ſtomachũ inuenit robuſtum:ac calidum. Q đ ex alia cauſa non videtur cõtingere:niſi quia interius nõ ſit cocta ſufficienter:vt Iſaac dixerat ſupra.

¶ Aſſatura carnis:quæ fit ſup prunas: ſi digeritur,nutrit multũ:& bene & plurimũ reſtaurat.Auicẽ.iiij.j.cap.xx.Et in.vij.iiij.tractatu.iiij.cap.ij.ait. Aſſata de carnibus ꝓpter illud qđ retinetur in eis de virtute carnis generãt carnẽ duram.Decoctũ aũt ex carnib⁹,ſcilicet elixum, generat mollitiem: & teneritatẽ nõ firmã. Ex iã dictis ſic cõcludimus: q̊ ſicca caro debet elixari:craſſa vero aſſari: nulla autẽ frixari debet:quoniã caro ad pinguedinẽ frixa,faſtidium facit:atq; de ſtomacho tarde deſcendit.

¶ Aſſata caro calida eſt:in humido tẽperata,& ſicco:plurimi nutrimẽti:digeſtionẽ tardat:naturam anguſtat,maximeq; macros:eorũ vero,qui pingues ſunt,minus vẽtrem retinet.laborãtibus,& exercitij viris vtilis eſt:& cui⁹ cõplexio humida.Hali.v.theoricę cap.xxiiij.

¶ Caro quęcũq; caro ſit,aſſata nõ coopetiat̃ ſubmergẽdo

immo dimittatur diſcooperta donec euaporet:nã cũ ſub=
mergendo cooperitur:fit venenũ:qđ ad plurima perducit
accidentia vno aut duobus diebus : & quãdoq; interficit.
Auicenna.vi.iiij. tractatu.ij.cap.xj.& hoc idem ſentit Ra
ſis lib.viij.Almanſoris.cap.xxvij.

¶ Omnia ſalſa & pręcipue de carnibus animaliũ ſiue ſyl=
ueſtrium:ſiue aquoſorum: vel domeſticorũ ſanguinẽ me
lãcholicum generant.Galenus.iij.interiorum.cap.vij.

¶ Salita caro q̃uis in principio fuerit humida:tamẽ facta
eſt deſiccatiua:vehemẽtiorẽ habens exiccationẽ q̃ oĩs ca=
ro:& propterea eius nutrimẽtũ eſt paruũ.Et præter hoc q,
eſt paruum:eſt etiã prauum.Auicẽna.ij.canonis capi.cvj.
Dicẽte eodẽ in.ij.j.doctri.ij.capi.xv.Caro ſalſa eſt groſſi
nutrimenti:& pauci:& mali chimi.

¶ Caro ſalita modici nutrimenti eſt:quia ſal diſpergit hu
miditatem eius:cõſtipat ventrẽ:& proprie ſi infunditur in
aceto.Raſis.xxiij.continentis.cap.ccviij.

¶ Tractatus Secundus partis ſecundę:plura continẽs capitula:de carnibus in particulari.

¶ De carne hœdina cum proprietatibus eius: & iuuamentis. Cap.I.

HOedinę carnes cõcoctu faciles:& tẽ=
peratæ: gignũt ſanguinẽ tenuem,&
humidũ:calidas & aridas iuuãt com
plexiones.Meliores erũt:& ſucci me
lioris:qui nõ admodũ ſunt iuuenes:
neq; adeo maiores:q̃ par eſt.Nã qui
ſex excedũt menſes:iã nõ hœdi:ſed
capręhabẽdę ſunt:quiq; rufi,& cęſij
alijs meliores.At offendũt in cholicis affectionibus.Tra=
dunt quidam pulmonem mãſum auertere ebrietatem.

¶De hœdis collectiones.

¶Caro hœdina eſt frigida,& hũida:ſed in ea odor exiſtit. Et ideo comedi debẽt hœdi nõ magni:& apti ſunt ad ſalu tis cuſtodiam. Raſis lib.iiij.ſuorũ aphoriſmorũ. Et in lib. xxiij.continentis cap.vcciij.ſic quoqꝫ dixit. Caro hœdina confert habẽti naturam calidam & ſiccam ex humiditate lactis:& generat ſanguinem bonũ:& melior eſt mediocris in ætate cũ proprietatem cõfert habẽti calidam cõplexio nẽ,& ſiccam:& eſt minoris caliditatis carne agni annotici: & maioris humiditatis dũ fuerit lactens:& valet ad calidas perſonas:& bonum nutrimentum pręſtat.

¶Caro hœdulina lactẽtium eſt temperata:nullã in ſe ha bẽs malitię admixtionẽ. Quę licet tẽperatum generet ſan guinẽ:laborantibus tamen non congruit. Sanguis quoqꝫ q̃ ex ea generatur,inter ſubtilem, & groſſum: ac inter cali dum,& frigidum exiſtit.cũ ſua tamẽ temperie videtur ad frigidum & humidum declinare. Iſaac in vniuerſalib⁹ dię tis cap.xiiij.

¶Oportet vt ſanitatis cõſeruator ſtudeat,vt cibus ei⁹ ſit talis quales ſunt carnes hœdorũ:& vitulorũ lactẽtium par uorũ:& agnorũ animaliũ. Auicẽna.iij.j.doctri.ij.cap.vij.

¶Hœdulorum caro quæqꝫ generat ſanguinẽ bonũ: quo niam eius complexio minoris eſt caloris:& minoris humi ditatis q̃ agnorum:ſcilicet quãdo nõ lactens fuerit:& ĩ hu mido eſt temperata,& ſicco:citæ digeſtionis: & temperatũ generat ſanguinem in ſubtilitate & groſſitie. Hali.v. theo ricę cap.xxj.

¶Hœdulina lactentia ſunt cõuenientia malas habẽtibus cõplexiones:propter temperiẽ quam habent:ſunt etiã cõ moda ęgritudinem exeuntibus. vitulinę autem non ſimili ter. Quem enim generant ſanguinem groſſiorem faciũt. qa boues groſſiores & humidiores ſunt naturaliter. Iſaac in lib. vniuerſalium diętarum cap.xiiij.

¶Et poſt carnis gallinę bonitatẽ iuuenis:melior ex ãbula

tiuis eſt caro hœdi. Sunt enim carnes hœdulinæ meliores vitulinis: quia generant meliores humores. Auerrois. v. colliget.

ℭ De Agnina carne. Cap. II.

AGnina caro mediocriter calida redundantē habet humiditatē: & ob hoc humidioris cōplexionis hoīes offendit: aridioribus congruit: quāto q; iunior, tanto facilius cōcoquitur: at tanto humidior. ac in cęteris idem comperias animantibus. Humidiora enim quo magis iuuenilia.

De Agnina carne Collectiones.

ℭ Caro agnorū humida eſt: & viſcoſa: & bleuoſa: & p cōſequēs nō videt facere ad ſalutis cōſeruationē. Galenus in lib. de Euchimia & cacochimia. cap. iiij.

ℭ Agnorū caro maioris eſt humiditatis, & caloris: q̃ caro porci: ac phlegma generat. omninoq; fœminina caro ſanguinem generat malum. Hali. v. theoricę. cap. xxj.

ℭ Peſſimitas agnorū lactētium vel ouium vetularum fit ꝑpter humiditatis & viſcoſitatis copiā: & ſupfluitatē phlegmatis. vñ comeſtę priuſq̃ digeſtę ſint e ſtomacho egrediuntur. Adoleſcētes vero pecudes licet malignitati pertineant: ętatis tamē ſiccitas humidam earum temperat complexionem: vnde ſunt laudabiles digeſtiōiq; faciles: & bonum chimum generantes. Iſaac in dietis particularibus.

ℭ Caro agni annotici calida eſt: conferēs calidis pſonis & ſiccę cōplexionis: & cū ſua proprietate confert in cholera nigra. Et generat ſanguinē laudabilem: non humidū neq; ſiccum: & ꝑprie caſtratorum annoticorꝫ caro. Raſis. xxiij. continentis. cap. vcciij. & infra etiā dixit. Caro omniū animalium ambulantium non eſt in nutrimento & digeſtiōe melior carne agni ānotici: quia caro ipſius eſt minoris humiditatis carne agnorum paruorum.

ℭ Caro animalis agni eſt multi nutrimenti: & ſpiſſi: & boni chimi. Auicenna ſecunda primi doctrina. ij. cap. xv.

¶Coueniens eſt dicere: ꝙ carnes agnorum ſunt poſt bonitatē carnium hœdorum. Et ſic ſenſit Raſis cum inquit. Q đ mihi videt̃ de agnis, eſt quia ſunt multarum ſuꝑfluitatum: excepto ꝙ in terris calidis recipiunt tēperiē ꝓpter calorem. & ꝙ ſit verū: eſt quia videmus ꝙ pili agnorū ſtātium in terris meridionalibus ſunt tortuoſi: ſicci: & curti.

¶De Carnibus vitulinis. Cap. III.

Vitulinę carnes affinitatē cū hūano corpe habere perhibent̃. proſunt ſiccis natura: nō habent quā habēt agninę carnes ſuꝑfluā humiditatē: nec frigiditatē & ſiccitatem quā habēt carnes bouinę veteres. vitulorū eñi carnes ſunt odoriferę: & i hoc meliores ſūt carnib⁹ hœdinis, qa in hœdinis carnib⁹ manifeſtat̃ quędā muſcilago in earū decoctione.

¶De Carnibus vitulinis collectiones.

¶Vitulinę carnes: etſi ſint laudabiles non tamē cōueniūt exeuntibus ęgritudines: cum membra eorum in digerēdo groſſum deficiant. Iſaac in vniuerſalibus diętis cap. xiiij. In particularibus etiā ſic ait. Aegritudinē exeūtibus licet caro vituli non noceat ad digerendum: tamē eſt grauis ꝓpter defectionem virtutis eorum.

¶Caro vitulorum generat nutrimentū cōpetens: & ꝓprie ſi digeritur. Raſis. xxiij. continentis. Et ideo caro vitulina ab auctorib⁹ noſtris ſatis cōmendatur. In duplici tamē reperitur differētia: quędā ſcilicet eſt lactens: & q̄dam minime: & grandioris ętatis. vtraq; tamē ad ſanitatē approbata: licet ex ęgritudine reſurgētib⁹ vt hœdina nō cōueniat.

¶Bos lactens laudabile generat nutrimētū: facilis eſt digeſtioni: qa calor, & humiditas eius in quātitate multa eſt propter vuluę vicinitatē & lactis bibitionē. Idcirco bonū generat ſanguinē: & cholerā etiā rubeā a ſtomacho expellit: maxime ſi comedentibus naturalis calor dominetur. Iſaac in particularibus diętis.

¶Vitulorū caro mediocriter nutrit: & ab ea generatus ſan

guis eſt laudabilis:hocq̧ ideo quoniā bouis cōplexio calida eſt:& animalis paruę ętatis cōplexio humida: caroq̧ vituli natura ſicca cum ętatis humiditate cōplexionē temperat in humido & ſicco:ideoq̧ cibus eſt laudabilis. Sic quoq̧ omnis cōplexionis ſiccę animalis caro paruorum ętate melior eſt q̄ magnorū:propter eorum humiditatem complexionis. Caro itaq̧ vitulorum,& animalium agnorū cōpetēs eſt his q moderate exercent. Caro aūt vituli non lactentis eſt etiā bona & laudata : licet durior ſit ad digerēdū cū groſſior & ſiccior exiſtat. Hali. v. theoricę cap. xxj.

¶ Maſculus bos lactens melior & laudabilior eſt nō lactēte:quia humiditas lactis cōplexionē ſuam tēperat. Iſaac in vniuerſalibus dię tis cap. xiiij.

¶ De carne porcina. Cap. IIII.

PORcina caro boni ſucci:& annicula cōcoctu facilis:humano corpori cōſimilis. Ferunt nāq̧ quidā neceſſitate vrgente quādoq̧ humana carne paſti narraſſe porcinę carni videri pſimilē. Eſt autem plus omnibus edulijs nutriens. Nam niſi admodū temperata fuerit porcina caro, cibum improbum (paſcit nāq̧ quibuſuis fœdiſſimis) in optimā nō cōmutauerit carnem:quēadmodum humana corpora ſi fuerint temperata, ab improborū humorum cibis nō offenduntur:ac licet poſt oblangueſcant:tranſmutāt tamen poſtea in boni humoris naturam homines. Confeſtim nāq̧ obſtruūt: & redundātem faciunt pituitā:gignuntq̧ humorem glutinoſum:quę ſi affatim concoquātur:optimū probatiſſimūq̧ faciunt nutrimētū. magis autem ſi ficubus aridis porcus nutriat. Nā ita plurimū ſuauitatis,& boni habere ſucci perhibetur. Ei⁹ pulmo impactus pedū hulceribus, quę ex calceorum preſſura obuenerunt, plurimū conferre traditur. Iecur cum vino ſumptū aduerſum virulētos morſus vtile eſt. Pedes probati boniq̧ ſucci perhibentur:cōcoctu faciles:& perinde vtiles meliuſcule ex morbo habentibus:&

Galeni ſentētia tertiana febri languentibus vtiles:ꝙ flauā extinguant bilem. Fel arefactū ſanguinis fluori medetur. Adeps cū cumino & aq̄ ammixta podagricos iuuat. Recentes editi porculi humidi ſunt & redundātes:nec tā boni ſucci:ideo ne quidē eis veſcēdum:ſicut ne quidē veteribus. Illud præſtās in hac carne ferina:ꝙ nihil redundans, nihil glutinoſum gignat.

¶De Porcina carne
Collectiones.

¶Carnes porcellorum & agnorum ſunt humidiores reliquis carnibus:propter quā cauſam caro ipſorū nō in omni ætate ſed tantū cum i ſua potiori caliditate naturali, ſcilicet in iuuētute fuerit, comedenda eſt. Galenus in ſecūdo de complexionibus cap.ij.

¶Pecudes ſunt porcis min⁹ humidæ: quia caro porcina cæteris oībus animalibus eſt frigidior & humidior:& maxime domeſtica: quia ſylueſtris porcina caro ad domeſticæ comparationē calida eſt:& ſicca: vnde minoris eſt nutrimenti. Iſaac in particularibus dictis. Et in cap.xiiij. vniuerſalium dictarum ſic etiam ait. Caro iuuenis porci id eſt nouiter editi fugienda eſt: quia eius ſiccitati dominaẗ humiditas. Et infra dixit. Concordant antiqui in hoc ꝙ nulla animalia ambulantia, & corporis humani nutritiua porcinis ſint frigidiora.

¶Nutribiliſſimū omniū cibariorum eſt porcina caro:ſed nō facile digeſtibilis:& humoris groſſi & viſcoſi generatiua. habet tamē plurimas laudes non paucioraq; iuuamenta. Galenus primo Therapeuticę cap.vj.

¶Melior carnium caro eſt porcina: & eſt naturalior hominibus q̄ alia caro animaliū ambulantiū:& experientia hoc docet. Auerrois. v. Colliget.

¶Et quadrupedū quidē carnis laudabilior eſt porcina. In calore eñi & humiditate tēperata eſt:eiuſq; cibus plurim⁹: & ſanguis ab ea generatus, multus: & melior eſt omnium

ſanguine carniũ quẽ generãt. eſt nãq; corpori magis cõue niens hominis & illi cõferẽtior. Hali. v. theoricę cap. xxj.

¶ Quoniam quidam humanã comederũt carnem tanq̃ porcinam: nec dubitauerũt in aliquo: nec iter eas diſcreue runt: aut in odore: aut in ſapore: & hoc ſignũ nobis eſt ipſam plurimũ corpori conuenire humano. porcelli autem caro plurimę eſt humiditatis & phlegma generat. Ex Galeni ſententia.

¶ Caro eñ porci ſylueſtris & domeſtici ſecundũ q̄ dicit, eſt velocis digeſtiõis: & fortis nutrimẽti: viſcoſi: & groſſi. Auicẽna in ſecundo canonis cap. cxlvj. Ait enim ſecundum q̄ dicitur: quia ipſe nõ comedebat ex eis cũ in ſua lege eſſent prohibitæ.

¶ Quãdo carnes animaliũ bene digerunt: ſũt optimi ſanguinis generatiuę: & magis in animalib⁹ boni chimi: quale eſt genus porcorum. Galenus. iij. de alimentis cap. j.

¶ Genus omniũ volatiliũ auiũ paucioris nutrimẽti eſt: ſi cõparẽtur generi peditantiũ: & maxĩe porcorũ: quorũ carne nullũ aĩaliũ amplioris nutrimẽti ſumere habebis. Galenus in tertio de alimentis cap. xviij.

¶ Chriſtiani dicũt: & q eos imitãtur: q̄ melior caro ſylueſtris, eſt caro porci ſylueſtris: nã cũ hoc q̄ ẽ leuior carnib⁹ domeſtici: eſt fortis nutrimẽti: & plurimi: & velocis digeſtionis: & eſt melior q̃ eſſe poſſit: in hyeme ſcilicet: ꝓpterea quia ĩ ipſo digeſtiua eſt fortior. Auicẽna in ſcđo canonis.

¶ Caro caſtratorũ tam ouium q̃ caprinoꝝ laudabilis eſt: quia humectat: & eſt dulcis: & modicę caliditatis: ſed ſi ſeneſcat aĩal: caro eius mala erit: generat eñ cholerã nigram & ſanguinẽ groſſum. Raſis lib. xxiiij. continentis.

¶ Poſt carnẽ hœdi & quaſdã laudabiles carnes quas enumerãt auctores: eſt caro Arietũ. Auerrois. v. colliget. Galenus tamẽ abominat carnes Arietũ: vt ipſi ĩponit Auerrois. In tertio de alimẽtis cap. j. Gal. ſic ſcribit. Caro caſtratorũ eſt melior ouiũ & caprarũ carne: antiquior autẽ peſſi

ma. Caſtrati quoq; ex hircis facti ſi iuuenes ſint conſimili ter approbantur.

❡De Bobus. Cap.V.

A Bobus eo vſq; man⁹ abſtinuiſſe veteres cōperti ſunt: vt capite ſanxerit ſi quis occidiſſet: aut ſaltē i exiliū ageret: tāq̄ colono ſuo interēpto: qđ innūeri tā grȩci, q̄ latini meminerūt authores. inde Vergili⁹. Et āte Impia q̄ cȩſis gēs eſt epulata iuuēcis. Inde actos i diſcrimina mlta vlyſſis ſocios videri poetȩ volūt q boues arātes occiderit: quos ſolis dicūt. Tradūtur vero Athenięſes primi veſci cœpiſſe bob⁹: Timȩū ſecuti. Caro ei⁹ in ſui cōplexione frigida eſt: & arida: nec mirandū eſt: cū ſit de numero magnorū aīaliū terreſtrium.

❡De malitia bouinȩ carnis, ac vaccinȩ, Collectiones.

❡Bouina caro in cōparatione carnis pecudū, & porcorū ſicciſſima eſt: & ſiccior ipſa carne caprina. Auerrois quinto colliget.

❡Caro bouina ſanguinē generat groſſum: turbidū: & melancholicū: multūq; nutrimētū inobediens digeſtioni: tardeq; de ſtomacho eijcitur: & a mēbris difficulter diſſoluit: & ventrē cōſtipat. Et ſi ea veſcētes ſint melācholici, cōplexiones eorū corrūpētur: & hypoſarcam incidēt: & nōnūq̄ naſcetur i eis ſcabies: impetigo: elephātia: lepra: cancer: & ſerpigo: ſecundū complexionē quā prȩparatā his morbis inuenit. Iſaac in dictis particularibus.

❡Antiqui boues, & panis furfuraceus ſūt generātes melācholiā. Si tamē boues antiq nō fuerint: ſed iuuenes aut in pricipio ſenectutis exiſtētes: eorū caro mltū (licet nō bonū) pbet nutrimētū. Auicēna i textu cōmēti. c. iij. cāticorū.

❡Bouinȩ carnes alimentū quidem & ipȩdant corpori nō paucū: neq; facile euaporabile: ſāguinē tamē generāt groſſiorē q̄ conueniat. & ſiquis natura fuerit melācholicus in cōplexione: capietur aliqua paſſiōe melācholica ex vſu earum. Galenus in primo de alimentis cap. ſ.

¶Caro vaccina plurimi eſt nutrimenti: groſſa:melācholi
ca: generans ęgritudines melācholicas.& generat lepram:
elephantiā:& varices.& ipſa ſicut & reliquæ carnes groſſæ
& malę:facit euenire alienationē ꝓpter exiccationē earū:&
febres quartanas. Auicēna in ſecūdo canonis cap.ccxlvj.

¶De carnibus leporis,cuniculorum, & vulpis, Cap.VI.

LEporis caro volētibus arefacere corpus admo
dum vtilis perhibetur. Aridiorib⁹ autem com=
plexionibus inutilis. Sāguinem gignit craſſio
rem & melācholicū:vētrem cohibet:& vrinam
aduertit,Cum bene cōcoquit̄ nutrit. At cōtra obſtructio=
nem iecori & lieni adducit.offendit pulmonē:& vigilantiā
facit.Coagulum porro leporis vtile ſtrangurijs,& vomiti
bus:morſuſq; virulētos curat ſumptū. poſt mēſtruorum
purgationē partum impedit,Tradūt quidam fœminę pu
denda contrita a muliere cū vino pota ad partum adduce
re:ſi ſtatim cum potationem eam ſumpſerit,viro copule=
tur.Cerebrum eiuſdē aſſum aduerſum tremores prodeſt.
Carnes vulpis nutrimenta ſunt mala:quod teſtatur graui
tas odoris & fœtoris. Cuniculorū vero carnes facilius vi=
dentur alere q̄ leporinæ.

¶De carnibus leporis,cuniculorum,& vulpis Collectiones.

¶Leporum caro ad ſiccatiuā dięta m eſt idonea: ad eā au
tē quę nūc pręiacet nō valde vtilis:groſſum eñ ſufficiēter
ſanguinē generat.Galen⁹ in li. de ſubtiliāte dięta cap.viij.
¶Carnes vulpis:& leporis:& ſimiliū naturæ humanæ nō
ſunt ſimiles:immo earū nutrimēta ſunt peſſima:qđ teſta=
tur grauitas odoris & vicinitas fœtoris.Iſaac diętarū vni=
uerſalium cap.xij.
¶Raſis tertio Almāſoris cap.x.loquens de carnibus ſyl
ueſtrium dixit.Omnes iſtę carnes ſanguinem generāt me
lancholicū.Leporina vero caro hoc pręcipue operat̄:ipſa

eſt plus aliis melãcholię generatiua exiſtit. Et ideo eſt illau dabilis & minime mãducãda: ex eo q̄ ſanguinis melãcho lici,& groſſi ſit generatiua.

❡De cuniculis dicẽdum eſt q̄ parui ſint lepores: ſub ter= ra (vnde nomen acceperunt) magna ex parte degẽtes. me lius tamen eorum caro ac facilius videtur alere q̄ leporina quæ quidẽ, cũ frigidę,& ſiccę naturę ſit: ob eam rem melã cholia facit. de qbus apud antiquos nihil aliud hactenus reperi niſi qđ ſcripſit Galenus. iii. de Alimẽtis cap. i. cum ait. Non igitur adhuc indigebo ſermonib9 prolixis ad per tractandum ſecundum vnãquãq3 gentẽ quæ in locis illis omnia animalia. ſicut in Iberia quidẽ q̄ lepuſculus ſimile animal quod vocant cuniculum &c. Et poſt pauca ſubiũ= xit. Quæcunq3 enim bene cibata talium animalium ſunt & manifeſte pinguia: meliora ſunt. hęc. n. experiẽtia diſcu tiuntur. Hęc ipſe.

❡Canũ aũt & vulpiũ carnẽ ego qdẽ nunq̄ guſtaui: eo q̄ nũq̄ indigui eſu earũ: neq3 in Aſia: neq3 i Alemãnia: neq3 etiã ſecũdũ Italiã audio hæc comedi: ſed cõiecturo ſimilẽ eis virtutẽ eſſe ei q̄ leporũ: ſunt eñ ſilr ſicca cõplexione & vulpis,& canis. Galenus in lib. de ſubtiliãte dięta.

❡De Ceruina carne & Capreoli. Cap. VII.

Eruina caro mali ſucci: & concoctu difficilis: & atrã bilẽ gignit. Cauẽdũ cũ ſerpẽtes viperaſq3 comedũt: qm̃ tũ cerui natura docẽte ſitim tole rant ingẽtẽ: & ab ea exęſtuãt: tũ nãq3 venenum fit ea caro: quare tutius hyberno tẽpore in cibũ venit & fa cilius concoquitur: quę tum etiam craſſum humorem gi= gnit: obſtruitq3 iecur: & lienẽ. Fertur iugiter & immoderate mãſa tremores corporis gignere. Cerui medulla,& adeps dura carcinomata lenit ipoſita. Cornu ipſius frigidũ,& ari dũ: eo ſuffimine ſerpentes fugari phibẽtur: valetq; aduer= ſum ſtrãgurias & oppilatiões: & lũbricos. At pulmo lędit. Sãguis ceruin9 areface9,& trit9 aduerſum morſus letales

valet:& ex vino potus aduerſum viperæ morſum pdeſt.
¶Capreoli ſeu dorcadis caro plus reliquis carnib⁹ agreſti bus humoris boni habet:affinitateq́ cum humano corpo re habere perhibet.prodeſt humidis,ac redũdantibus cor poribꝰ:necnõ aduerſum cholicas & comitiales affectiões. At ventrẽ aſtringunt:ariditatemq́ inuehunt neruis.

De Ceruina carne & capreoli Collectiones.

¶Syluestriũ caro omnium mala eſt: ſanguinem enim ge nerat groſſum:melãcholicũq́:& q̃ minꝰ mala, eſt capreoli na:poſt quã eſt leporis caro.ceruorũ vero & aſinorũ ſylue ſtrium arietũq́ montanorũ oĩs mala eſt.Hali.v. theoricę.
¶Prope aſinos ſunt cerui:vnde ab eorum eſu abſtinẽdũ eſt.Galenus in lib.de ſubtiliante digta cap.viij.Et huius ra tionem aſſignat tertio de Alimẽtis cap.j.cum ait.Mali au tem chimi his nihil minus eſt:& quæ ceruorum: & dura:& indigeſtibilis.
¶Ceruina caro melancholica eſt:& dura ad dirigẽdũ : ſed tamẽ diuerſa eſt ſecundũ ętates,& cpmplexiones eiꝰ.ſunt eñ lactẽtes cęteris laudabiliores:& vtiliores: ſecũdo ado leſcẽtes.Iuuenes vero ſunt his duriores,decrepiti aũt om nium peſſimi.iuuenes aũt ſi fuerint caſtrati meliores erũt: quoniam calor eorum & ſiccitas temperatur.Iſaac in vni uerſalibus digtis.
¶Syluestria animalia nõ ſaporita ſunt ſicut domeſtica:p̃ ter capreolos:q cũ ſint ſyluatici ſũt ſaporoſiores & lauda biliores,& nutribiliores.Ex nimio eñ ſuo motu & laborẽ ſubtiliatur eorum ſanguis:corpus rarificatur: pori aperiũ tur:& humores,qui ſunt iam grauitatis odoris, diſſoluun tur.Iſaac in vniuerſalibꝰdigtis.cap.xiij.Et poſt aliqua ſub iunxit.Domeſtica ſunt ſaporoſiora & nutribiliora ſyluati cis,exceptis capreolis.
¶Caro gazel,id eſt capreoli inter ſylueſtres carnes melior habetur:ſanguis quoq́ ex ea generatus paucas efficit ſu

perfluitates:qui cũ ſiccus ſit,melancholię attinet.Raſis.iij. Almãſoris cap.ix.Ex cuiꝰ dicti calce elicere poſſumus:ꝙ etſi ipa inter ſylueſtres laudabilior exiſtat: nõ tñ abſolute laudãda ſit:& comẽdãda:cũ ſãguinẽ ſatis melãcholicũ generet:queãdmodũ & reliquę ſyluaticę:licet non tantum.

¶Caro ſylueſtris melior eſt ꝙ caro gazel cũ declinatione ſua ad melãcholiã.Et ꝓpterea elixabimus ipſam & cũ humidis condiemus. Auicenna in.ij.canonis.

¶Caro dãmina generat ſanguinẽ proximũ ſanguini melãcholico:tñ laudabilior eſt carne vaccina,& ceruina.Raſis in.xxiij.cõtinẽtis cap.vcciij.Dicemus cũ eo ꝙ dãma cum capreolis fere in qualitatibus cõuenit.bonum nãqꝫ alimentum eius caro veſcentibus ꝓſtat:modici recremẽti eſt. ſanguinem tamen ad atram bilem id eſt ad melancholiã quoquo modo tendentem efficit.

¶De carnibus ericij terreſtris: vrſi:cameli: & reliquorum talium animalium.

Cap.VIII.

VRſorum caro quoniã aliq ea veſcuntur: queãd modũ & ericij,peſſimi ſucci eſt:difficillime concoquibilis.& ſtomachũ offendit:& inſuper inſuauis.Ipſam perhibẽt quidam a peſtilẽtibus morbis purgare. Ericijs & Camelis iuuenibus & pinguibus veſcunt aliqui.His deteriores,ſunt carnes leonũ & pardorũ.verum carnes eorũ prorſus omnes ſunt malę naturæ: acutũqꝫ nutrimentũ corpori ingerunt: & iuxta condiendi modum vt alia,magis,minuſqꝫ nutriunt.

¶De carnibus cameli:vrſi:ericij terreſtris Collectiones.

¶Caro ericij cõfert phthiſi:lepræ: & ſpaſmo:& dolori renũ:ꝑcipue ſi ſiccat:& bibitur. Et ericiꝰ ſylueſter mirabilis valde ad diſſoluendũ ſcrophulas:nodulas:& neruos:& cinis eiꝰ valet infantibus valde ne mingãt in lecto:ita ꝙ frequens comeſtio ipſius generat difficultatẽ mingendi. Ra-

ſis.xxiij.continentis.cap.vcxc.

¶Caro ericij cũ humanę naturę nõ ſit ſimilis, ei⁹ nutrimẽtum eſt peſſimũ. Et propterea via nutriẽtis non accipiat: licet quãdoq; ipſum loco medicinæ comedamus. Iſaac in vniuerſalibus dietis cap.xiij. Et in particularibus dietis dixit. Caro ericij vim habet diſſoluentẽ:& deſiccantem:& ꝓprie ſtomachũ confortat: vẽtrem ſoluit: vrinam prouocat vtilis quoq; ſit eis qui elephantico ſunt parati.

¶Caro camelina vehementer exiſtens calida melãcholiã generat. Vrſina vero caro ẽ viſcoſiſſima: digeſtioni inobediens: peſſimumq; dat nutrimẽtũ: vnde plus pertinet medicinę, q̃ cibo. Raſis.iij. Almanſoris cap.ix.

¶Tractatus Tertius Partis ſecundæ Libri Secundi.

¶Dę Carne volucrum. Cap.I.

GEnus cunctarum volucrũ minus nutrit ſi cõparetur generi pedeſtrium: p̃cipue ſuillo. At facilius caro volucrũ cõcoquitur: prę̨cipue perdicis, & phaſidis: attagenis,& columbę: gallinę,& capi. paulo durior paſſerũ: magis ſturnorum: contra merularũ, turdorũq;: ſunt q putẽt turturis:& phaſidis. omnes putãt palumbis: gallinarum & phaſidum: ſeu phaſianos libet appellare, ſunt eiuſdem generis tam concoctiõe q̃ nutrimento. duriores his, difficilioreſq; concoctu:& pulpa denſiore pauones: ſeu pauos velis dicere. Cõmune aũt in cũctis volucribus: quẽadmodum in cę̨teris quadrupedibus, noſſe ę̨tatem: q pubeſcentium multo melior ſit caro inde eorum quæ ætate ſuccedũt: improbatiſſima certe vetuſtiſſimorũ animalium:& ætate tenerrimorum. Nam in

prima ætate flacceſcẽs:& humida:& redundãs:facileq́ʒ vẽtrẽ ſubit:maxime vero ſenum:dura:& arida:& neruoſa:& ob hoc ad concoquẽdum improbior. Hæc in vniuerſum de omnibus dicta ſint animalibus.nõ exigua eſt differẽtia eorum:quę in ſtagnis:paludibuſq́ʒ:ac prorſus aquis,cœnoſiſq́ʒ locis degũt:& quæ in montanis aridiſq́ʒ locis.proportionem nãq́ʒ locorum carnes cuſtodiunt animaliũ:vel aridę:vel redundantes:vel concoctu faciles:vel difficiles:vel humidę:vel ſuperfluę.

¶De carnibus volucrum in vniuerſum Collectiones.

¶Caro auium eſt modici nutrimẽti: velocis digeſtionis: adhibita relatione ad alia animalia.Et eſt vehemẽtioris ſiccitatis q̃ caro omnium animaliũ:& leuior eſt omni alia animalium.Raſis lib.xxiij.continentis cap.vcciij.

¶Volatilia vniuerſaliter ad ambulantia cõparata minora faciunt nutrimẽta:ad digerendũ tamẽ ſubtiliora & faciliora.Iſaac in vniuerſalibus dietis cap.xvj.Quod in particularibus etiã replicauit cũ dixit.Volatilia vniuerſaliter ſubtiliora & leuiora omnibus carnem habẽtibus exiſtunt.ſunt etiam digeſtibiliora:minus tamen ſunt nutribilia.

¶Auium caro omniũ velocioris eſt digeſtiõis q̃ quadrupedum:& ſubtilior cibus.Hali.v.Theoricę.cap.xxiij.

¶Syluestria volatilia minus domeſticis ſunt humida:& tenuiorem habent carnem.ſunt etiam faciliora digeſtioni cauſa raritatis carnium: & vicinitate & ſubtilitate ſui aeris & ſiccitate. Domeſtica plus nutriunt:& ſunt tẽperatiora, atq́ʒ laudabiliorem ſanguinem generantia.Iſaac in dietis particularibus.

¶Volatilia poſtq̃ ſunt occiſa,per diem & noctẽ dimittantur vt carnes molliãtur:& pręſertim aquatica,& ſimilia duras carnes habẽtia. Quæ autẽ tenera ſunt:vt pulli gallinacei,& huiuſmodi,nõ tantum temporis requirunt.Iſaac in vniuerſalibus dietis.cap.xvj.

De Gallinis. Cap.II.

GAllinarum caro facilis concoctu: & ſucci boni: pręſertim cũ oua parere incipiunt. pingues corpus humectant: iuuãt eos qui parum exercent: colorem probum ſuffundũt: & ſemen augent, ac cerebrum: ſurdiſq; conferunt.

De Gallinis Collectiones.

¶Omnium auium caro laudabilior excellẽtiorq; & velocioris digeſtionis gallinarũ eſt: & pullorum earum. Hali. v. theoricę cap. xxiij.

¶Caro gallinæ & galli, ſcilicet iuuenis, eſt tẽperata: & propterea pulli gallinarũ leuioris ſunt digeſtiõis cęteris domeſticis volatilibus: & laudabilẽ generant ſanguinem: appetitum confortãt: & omnib⁹ naturis ſunt cõuenientes. Iſaac in lib. vniuerſaliũ diętarũ cap. xvj. Et infra ſubdit. Et laudabiliores ſunt pulli maſculi canere incipientes: & in tẽperata pinguedine exiſtentes.

¶Melior caro ex volatilib⁹ eſt caro gallinæ iuuenis ſane, & pinguis: & habet mirabilem proprietatẽ in temperando cõplexionẽ: & propterea brodium eius eſt optima medicina leproſis: & dicit̃ q cerebrũ gallinę augmẽtat ſubſtantiã noſtri cerebri: & acuit ingenium. Auerrois. v. colliget.

¶Gallus caponatus plus eſt laudãdus: quia cõplexio ei⁹ in quatuor qualitatib⁹ eſt tẽperata: & ĩde nutribilior: & coitus augmẽtatior. Iſaac in lib. vniuerſalium diętarum.

¶Volatilia caſtrata omnibus aĩalibus ambulantibus ſunt vtiliora: necnõ galli caſtrati omnib⁹ volatilibus cõuenientiores. laudabilius enĩ nutrimẽtum & perfectum generant ſanguinem. Iſaac in lib. particularium diętarum.

¶Galli veteres digeſtioni non ſunt cõuenientes: quia humiditate ſunt priuati: & quia nitroſitas, quę ĩ eis exiſtit, putredinem generat: & melius eſt vt dimittant̃. Raſis lib. iiij. ſuorum aphoriſmorum.

¶Galli iuuenes ſunt duriores ad digerẽdũ, minoriſq; hu-

miditatis q̃ gallinæ: decrepiti aũt iuuenibꝰ: licet molliores: & tenerioris ſint carnis: tardi tamẽ ſunt digeſtioni. Iſaac in lib. particulariũ dietarũ. & in lib. vniuerſaliũ cap. xvj. ſic inquit. Gallus quia naturæ calidioris eſt gallina atq; pullis: quãdam ſalſitudinem inciſiuam caro eius acquirit.

¶De Anſerina carne: & Anatis. Cap. III.

ANſerina caro redũdans eſt: ac difficulter concoquitur: oibuſq; cortalibus carnibus partiũ craſſarũ eſt magis: atq; humidior: vt in vetuſtarũ habeat ordie: ac ſtruthio, cameli. Alę tamẽ melius concoquũtur: nec redũdantes ſunt. Hęc adeps dolori bus aurium inſtillata, ſuccurrit: ac iuuat: labijſq; diſſectis. Aiunt qdã anſerũ teſticulos facere ad fœtũ cõcipiẽdũ, & puerperia. lingua vero ſtrãgurijs prodeſt. Anates etiã redũdantem habent humiditatẽ: & ob hoc hoies offendũt.

¶De Anſere & Anate Collectiones.

¶Caro magnarũ auiũ & anſerũ & miluorũ eſt groſſa: & ꝓpterea ẽ tardę & difficilis digeſtiõis: & ꝓpter humiditatẽ earũ ſupfluã ſũt febris gñatiuę. Ex Auic. ij. cano. c. cxlvj.

¶Anatis caro plures efficit ſupfluitates. & plus facit faſtidire: & maioris eſt caliditatis q̃ colũbi: nõ tamẽ plus nutrit q̃ caro gallinacea. Raſis lib. iij. Almanſoris cap. ix.

¶Anatis & anſeris carnes plurimę ſunt humiditatis: & caloris. Et earũ nutrimentũ malũ eſt: multarũq; ſupfluitatũ: cito febres generãs. Et quę earũ iuuenes ſunt: carnem habent laudabiliorem q̃ paruæ. Hali. v. theoricę capt. xxiij.

¶Optimę ſunt gallinarũ & anſerũ alę: ſed alię partes anſeris durę ſunt: & indigeſtibiles: & ſuperfluę. Galenus in lib. de Euchimia & cacochimia cap. iiij.

¶De Columbis. Cap. IIII.

COlumbinoꝝ pullorum caro calida: & humida: & redundans: prę ſertim domeſticorũ: cicurum inquã. ſanguinẽ gignit aliquãdo craſſiorẽ: atq; calidiorẽ: & hoc quandoq; inuehit febres: ideo

quidã medici tradiderũt,tũ prio veſcendũ lactucis ex oleo: inde ea carne.pdeſt renibus ex frigiditate dolẽtib⁹:ſemẽ auget:& ſanguinẽ.ea offendit tũ caput,tũ oc'os vt qdam tradũt:ac ſi qs frequẽti⁹ veſcaꝛ leprã gignit. Melior naſcentiũ verno ac autũnali tpe caro exiſtimaꝛ:q̃ hyeme aut ęſtate.

De Columbis Collectiones.

Pulli colũbini calidi ſunt:& i cõplexiõe humidi:quãobrẽ groſſũ dãt nutrimẽtũ:qđ teſtaꝛ grauitas ad volãdũ.ſed volare inchoãtes amittũt illã grauitatẽ:fitq; eorũ caro leuior:& ad digerẽdum acceptabilior.eſt etiã cõueniẽs phlegmaticã habẽtibus cõplexionẽ:incõueniens vero cholericis natura: & humidis:& calidis.Iſaac in particularibus diætis.

In pullis colũbarũ qui volare nõ poſſunt:eſt caliditas,& humiditas ſupflua:ſed illę q̃ volãt ſunt leuiores:& in pullis eſt groſſitudo ꝓpter humiditatẽ ſuperfluã.& ideo volantes ſunt leuioris digeſtionis,& melioris humoris:q̃ pulli. Auicẽna in.ij.canonis cap.cxx.

Et colũbę,quæ in turrib⁹ habitãt,meliores ſunt eis: q̃ ſecundũ domos.Et vniuerſaliter oĩa quę exercitãtur, non exercitatis:& quę ſiccioribus cibis vtũtur:eis q̃ humidioribus & quę purum & ſubtilẽ aerẽ reſpirant:meliora ſunt contrarijs.Gale.in lib.de ſubtiliante dięta.cap.viij.

Caro colũbarum eſt calidior alia carne auium cũ difficultate digeſtionis ipſius:& ſupabundantia generationis ſanguinis/& humiditatis:& propterea ipſa inducit ad ſquinantiam cito.Et ob cauſam comeſtionis ipſius mortu⁹ fuit qdam Caſſifa nõie:qui i vno die comederat de ipſa aſſa ter. Raſis auctoritate Bimmaſui.

Columbarũ pulli carnẽ habẽt malam:multęq; humiditatis:quiq; ex eis generatur ſanguis plurimũ calidus eſt,& humidus:citæ putrefactionis:morbos generans ſanguineos. Qui autem iam volare incipiunt:minorum ſunt ſuperfluitatum.Hali.v.Theoricæ cap.xxiij.

De Pauonibus. Cap.V.

PAuonia caro fibroſa:& redūdās:& cōcoctu diffi cilis:& mali ſucci. Prodiderūt qdā ipi⁹ apozema ſua quadā ꝓprietate ꝓdeſſe pleureticꝭ:ꝑſertim ſi ſuccoſum/& pigue ſit. Adeps ipſius cū ſucco ru tę & mellis ipenſiſſime ꝓdeſſe fert aduerſum lāguores cholicos ex humore frigido exortos. oſſa eius exuſta, & intrita aceto & illita aduerſum lepras & vitiligines proſunt.

¶De Pauonibus Collectiones.

¶Pauo eſt malę cōplexionis:& tardæ digeſtionis. Raſis in lib.xxij.cōtinētis cap.cccclxxxvij.auctoritate Bimmaſui.

¶Oēs volucres magnę/habētes colla lōga: vt pauo:& miluus:& palūbus: duræ ſunt:& earū plurima gñatio eſt melācholica. Auicēna.ij.canonis cap.cxlvj.

¶Oportet pauonū carnes dimittere duobus aut tribus diebus poſtq̄ iterfectę ſunt: pedibuſq; lapides alliges:& ſuſpēdas: vt earū tenereſcat caro. ſic & omnib⁹ oportet, quorum eſt dura caro, facere auibus:& quadrupedibus: vt earū duritiei pellatur nocumentum. Hali.v.Theoricæ cap.xxiij.

¶De Perdice. Cap.VI.

PErdicū caro facilis cōcoctu:ꝑſertim ſi poſt obitū ſtatim nō māducet. abijcit nāq; quā habet i ſe duritiē. cohibet ventrē:& ſanguinē gignit tenuē: ac ſi i craſſum icurrit ſanguinē, ipm attenuat: ꝑſertim alę:& ſub alis. reliquū facile cōcoctu. Quietis ab exercitio cōfert:& potētia debilibus:& tenui victu vtētibus humidiſq; ſtomachis. Perdicū medulla cū vino ſumpta arq̄tos iuuat. iecur autem comitiales. fel a pricipio ſuffuſionū oculis admodum prodeſt. hebeti confert viſui: in naribus commoratum memorem facit.

¶De Perdice Collectiones.

¶Perdicis caro vētrē ſtringit:& multū nutrit. Raſis.iij. Almāſoris ca.x.& in lib.iiij.ſuorū aphoriſmorū ait. Perdices cibus bonus ad frigiditatē & ſiccitatē declinans. Ius earum boni odoris, & boni ſaporis naturaliter temperatum exiſtit

& ad comedendū ſunt aptæ. Et earum virtus eſt mirabilis quā dixerunt philoſophi: & eſt ꝙ humiditatē exiccāt ſtomachi: & putredinem extrahūt: & maxime, ſi cū ſucco pomorum dulcium excoquantur.

¶ Caro melior volucrū nō eſt: q̄ alduragi, & gallinarum: & ſubtilior earū: & nō ſunt cū nutrimēto carnium alcubugi: id eſt perdicis. Auicēna in. ij. canonis cap. cxlvj.

¶ Perdicum vita ad. xvj. annū videtur prolōgari: vt Platina refert. Aduertendū igitur eſt: ne ex veteribus ſint quę nobilibus anteponēdæ ſunt: ſed ex iunioribus.

¶ In volatilibus ſtorna eſt ſubtilior: pulliq; pdicis: & pulli gallinacei. poſt hæc vero perdix: Phaſianus: & gallina. Iſaac in lib. dię̨tarum particularium. Ex quo ordine perdicē gallina ſubtiliorem eſſe demonſtrat.

¶ De Phaſianis. Cap. VII.

PHaſiani cōcoctu faciles: & boni ſucci ſanguinē gignūt: ac oīno vt gallinarū caro exiſtimanda: vt ſiſitudine quoq; nō plurimū ab illis abſunt.

¶ De Phaſianis & gallinaceis Collectiones.

¶ Phaſianus cibus cōueniēs: laudabilis: ſubtilis: pullis affinis quo ad eſum: ethicos cōfortat: & eos qui ab ægritudinibus ethici fiūt: & habet ꝓprietatē vigorādi virtutes q̄ digerūt: & humores corruptos in ſtomacho preparat. Raſis lib. iiij. ſuorum aphoriſmorū. De ipſis phaſianis dico ꝙ ſunt cibi quibus nō debēt vti ſani: vt ſupueniēte ægritudine aliquid vltra conſuetudinem comedant.

¶ Sylueſtriū volatiliū laudabiliores ſunt phaſiani ad ſanitatem: & robur: & fortaſſis etiam domeſticis: cū ſint gallinis ꝓpinquiſſimi: & eiuſdē ſpeciei fere: ſintq; illis ſiccioris aeris, & alimēti, & exercitij amplioris. poſt quos ſunt pdices: ſtornę. Conſiliator.

¶ Auctoris opinio de gallinaceis.

¶ Sunt quędā aīalia: q̄ gallinę ſylueſtres dicuntur: & ipſas Lotharingi (apud quos vidi plurimas) gallinaceas appel-

lant:& hę multū appropiquāt naturæ perdicis:& cōplexioni eius.carnē tamē albiorem perdice habent.ad digerendū ſunt faciles: & facile venas penetrātes: & cito i ſanginem mutabiles:& laudabilem ſanguinem generantes: omī ætati & complexioni congruētes.vnde ad regendam ſanitatem ſunt cōuenıētes:& earum pulli, vt puto,ſunt ſubtiles in tertio gradu ſubtilitatis.A nullo auctore antiquo de ipſis reperio fuiſſe factam mētionem.& ideo de eis ſufficiat: quod de perdice dictum eſt.

¶De Coturnicibus & turture. Cap.VIII.

COturnicū caro,ſeu miliariorū(vtroq; enim nomine a latinis nominant̄)neruis īfeſta ob helleborū quo veſcunt̄ anteq̄ in Galliā ſe recipiāt. ideo ſiquis frequēter eis vtat̄ ſpaſmū gignunt.

¶De Coturnicibus Collectiones.

¶Coturnices cęteris ſunt peiores:ſiqdē nec in nutrimento:neq; in digeſtione ſunt laudabiles:& propterea nō ſunt accipiendę a ſanis neq; ab infirmis.Iſaac cap.v.vniuerſalium diętarum.

¶Ortygo,ſiue qualea eſt carnium volatilium deterior fere.Conſiliator.

¶Ex comeſtione carniū coturnicis timet̄ tetanus, & ſpaſmus: nō quia comedāt helleborū tātū:ſed quia in ſubſtātia earum eſt hæc virtus.Auicenna ſecundo canonis.

¶Ego vidi quoſdā pati tetanū & in muſculis ipſorū : ex comeſtione coturnicū:eo q̄ coturnices comedūt helleborū.Et ideo nō debēt comedi:niſi illę quę non inueniūt helleborum:& nō debet fieri frequēs ſumptio ipſarū: quoniā plures paſſi ſunt tetanū ex frequēti ſumptione ipſarū.Raſis cap.ccccxx.lib.xx.continentis.

¶Præterea omnib9 auibus turtures ſicciores ſunt : quare nō oportet eos comedere niſi cum vnius anni fuerint. & māducentur poſt occiſionē tranſacto die.Taliter enī comeſtę laudabilem generāt ſanguinē:mediocrē videlicet iter

groſſum & ſubtilem.ſic enim præparatæ carnes turturum non ſuperflue pinguium ſubtiles ſunt: & leuis digeſtionis. Iſaac in particularibus diætis.

¶Turtures ſunt cibus conueniens:bonos efficiens humores:licet caliditati attineant.& cōferunt plus poſt pullos columbarū:& habent virtutem mirabilem:& augmētant ſanguinem in omnibus in quibus eſt paucus.& dicunt philoſophi:ꝙ proprietate ſua vigorant virtutem retētiuam. Raſis lib.iiij.ſuorum aphoriſmorum.Et præter hæc turtures licet declinent ad caliditatem pluſq̄ gallinæ deſerti:habēt tamē mirabilem proprietatem in acuēdo ingeniū:vt dixit Auerrois.v.colliget.

¶De Gruibus. Cap.IX.

GRuum caro tota aſpera:& pulpoſa:denſaq;.tota carne durior alæ pulpa:calida:& arida:fibroſaq;. ob hoc biduo,aut triduo necari grues debent anteq̄ comedātur.Ipſarum ius vocem clarā reddit: ſemēq; auget.Fertur medulla cum felle ad abolendā facere memoriā.Ius quoq; ipſius in decoctiōe oleoſum auribꝰ inſtillatum prodeſſe plurimū.necnō eius pingue cū aceto ſcylitico in balneo ſumptū duritiebus confert lienoſis. Prodidere quidā memorię hanc volucrē vno in loco nō conſiſtere vnq̄:ſed totū orbē terrarū peragrare.Philoxenꝰ ſummum bonū collocās in voluptate optabat ſibi dari gruis collū:vt videlicet diutius illa voluptate bibēdi,edendiq; frueretur.

¶De gruibus Collectiones.

¶Caro gruis ē muſculoſa:& viſcoſa.ideo nō debet comedi:niſi poſt dies plures ſuę mactationis.Raſis lib.xxiij.Cōtinentis ca.cccccccij.

¶De carne aūt ciconiarū:& cygniorū:& ſimiliū: q̄ vt plurimū in paludibꝰ & lacubꝰ habitāt:dicēdū eſt cū Iſaac in libr. particulariū diętarum:ꝙ nō ſunt ęque bonę ſicut aues terreſtria loca icolētes:qa ſūt neruoſę groſſę & ad digerēdū durę.

¶Gruis autē caro frigida eſt:& ſicca:dura ad digerēdū &

mali ſanguinis generatiua.Raſis.iij.Almanſoris capi.x.& fuit ſententia eiuſdem in lib.xxiij.continentis.

¶Caro ſtruthionū cæteris ē peior:& plꝰ ſtomachū fatigās. Iſaac in ca.xvj.diętarū vniuerſaliū.Qđ etiā ſentit Raſis in iij.Almāſoris cap.x.dicēs.Struthiōis caro oībꝰ groſſior iudicatur:& ꝓpterea caro eius nō aſſumat̃.Et caro etiā ſiſonis & aliarū auiū ſylueſtriū quāto maiori participāt rubedine,& nigredine,tāto ſanguini melācholico ꝓpinquior videtur.

¶De carne Turdorū:Merulorū:& Paſſerū. Cap.X.

PAſſerū caro calida:& arida:& ad digerēdū grauis & mali ſucci.volentibus areſacere corpus admodum vtilis ꝓhibetur.Aridioribus & cholericis cōplexionibꝰ inutilis.ſanguinē gignit cholericum.

¶De carne Paſſerū:& Turdorū Collectiones.

¶Paſſerū & colūbarū agreſtiū caro dura eſt:& ad digerēdū grauis:maliq; cibi.ex qbꝰ gñatur ſanguis calidus:& ſiccus. Oportet em̄ paſſeres in domo ſaginatos oīno cauere. Gñatus etem̄ ex eis ſāguis peſſimꝰ eſt.Hali.v.Theoricę.c.xxiij.

¶Calidiores oībus auibus paſſeres ſunt:& pluſq̄ alię paruę aues ſtiptici:& plus etiā ſanguinis incēſiui.Iſaac in lib.particulariū diętarū.Et in lib.vniuerſaliū diętarū cap.xvj.ſic de eis inquit.Caro paſſerum calida eſt:& ſicca:corrumpēs ſtomachum:& a temperamento longe eſt.

¶Paſſeres ſunt oēs calidi,& ſicci in fine caloris. Et Strunelli:q dicunt̃ azuri:ſunt calidi & ſicci & graues ad digerendū: & groſſæ naturæ.Auerrois.v.Colliget.

¶Turdorū & merulorū carnes ſunt calidę:& ſiccę i fine primi vſq; ad primū ſecūdi.Et eligant̃ pigues:& capti cū laq̄o vel retibꝰ.&(vt dixit Baldahac) qbuſdā placuit:ꝙ meliores ſint q cū aue capiunt̃.& ſunt difficilis digeſtiōis:vt vult Ieſꝰmedicꝰ.Et poſtea dixit ꝙ meruli ſūt turdis meliores.Et auiū paruarū aliarū a paſſeribꝰ carnes declināt ad caliditatē & ſiccitatē:ſed plꝰ ad ſiccitatē.Et iō eligant̃ pigues:qñ iuuenes ſunt:& earū caro ē laudabilis mĩtū:& laudabile generās

nutrimentum:facile digeritur:& conualeſcentibus ſana.

¶Ex volatilibus,optimę quidē ſunt perdices ſimul cum montanis omnib⁹ paſſeribus. Deinceps autē gallinę:phaſiani.Galen⁹ octauo de īgenio ſanitatis cap.ij.Quē textū ſic exponit Cōſiliator. Per paſſeres autē permiſſos audio aues minutas & nō paſſeres vere dictos:q calidiſſimi ſūt:& luxuriam incitantes: qui calidi ſunt vſq; ad tertium:& ſicci fere in eodem.

¶De membris animalium. Cap.XI.

HAec de pedeſtrium,ac volucriū quidē animaliū pulpa prętuliſſe ſatis ſit:nūc de reliquorū mēbrorum poteſtate deinceps paucis dicēdum eſt.Carnis expertia cōſuetudine vocant oēs hęc mēbra pedes:ſpinā:& aures.nullū ſiquidē hæc habēt pingue:carnis minimū.vis aūt in ipſis neruoſa dominaẗ:& pellis.his nudatæ ſunt magis huiuſmodi partes ob frequētē motū:ſuntq; ob hoc glutinoſiores.Nō iniuria igiẗ minus corpori exhibēt nutrimentū.facilius ob glutinū hęrēt vētri. Meliores ſunt porcorū pedes q̄ ſpina:ſicut ſpina auribus melior.laxiora & magis ſanguinis expertia quę ſunt.linguæ ſuauis caro:& ob hoc tenuior: & concoquitur haud difficulter ſine aliorum adiectione.

¶De animalium membris Collectiones.

¶Partes animaliū quę exteri⁹ ſunt ī medio corpore,meliores ſunt interiorib⁹: quia ex vicinitate pororū corporis quib⁹ ſudor,& fumus diſſoluitur,inde alleuiātur:& ſoporanẗ:& ad digerendū faciliores efficiuntur:interiores vero econtrario.cap.xv.dictarum vniuerſalium.

¶Animaliū anteriora leuiora ſunt:& calidiora: poſteriora vero grauiora ſunt,& frigidiora.Raſis.iij. Almanſoris cap.xi.Et partes vicinæ ſpatulis & coſtis ex ſuo motu ſaporoſiores & digeſtibiliores exiſtūt: vt eſt ſententia Iſaac in vniuerſalibus dictis.

¶Partes animaliū:quę in parte dextra vicinę ſunt funda

mēto caloris naturalis, ſcilicet hepati & felli:ide leuiores & ad digerendū faciliores. De ſiniſtra vero parte cōtrarię:q̄a ſpleni ſunt vicinę. Iſaac cap.xv. vniuerſaliū diętarum.
¶ Talis caro eligatur: quæ mobiliū ſit mēbrorū in matie & pinguedine tēperatoꝝ anterioris & dextrę partis, a prīci palibus mēbris nō remota. Raſis lib.iij. Almāſoris cap.x.
¶ Mēbra mediocritatē habētia, eligēda ſunt ad ſanitatem tuendā: ſicut caro pinguedine nuda. quę ſunt tēperatiora: & ſaporoſiora: & digeſtiōi faciliora: & laudabilē ſanguinē generātia: maxime ſi fuerīt de aīalibus tēperatas cōplexiones habētibus: ſicut ſūt hoeduli: vituli lactētes: & iuuenes porci: & pecudes itidem iuuenes: ſcilicet annales agni & ſimilium. Iſaac in particularibus diętis.
¶ Auium porro mēbrorū omniū alę facilius digeruntur: & minus nutriūt: & laudabiliores inter omnes alas auium ſunt ſaginatarū paruarūq; ætate: eodemq; modo & colla. Hali. v. Theoricę cap. xxiij.
¶ Cum cerebrū ſit accidētaliter frigidū: proinde eſt humidum: & viſcoſum: abominabile: appetitum corrūpit ī ſtomacho: citoq; in putredinē cōuertitur: maxime ſi in fine cibi mādučetur. Iſaac in particularib⁹ diętis. vnde Galenus volētes (inquit) vomere, cerebrum in fine cibi cūm multo oleo comedant.
¶ Reperiť in oſſibus medulla quæ vere eſt medulla. Alia in ſpinali: & eſt nucha: q̄ eſt durior, & ſiccior medullis alijs omnib⁹ quæ accipiuntur ex oſſibus: & habet de mollificatione & vnctuoſitate plus. Nō igitur eſt comedenda: cum peior alijs medullis videať. Ex ſentētia Serapionis. Si igitur oīs medulla alia eſt calefactiua: lenificatiua: & abſterſiua licet multi nutrimēti ſi digerať teſte principe in.ij.canonis cap.c. & cōturbet ſtomachum: & deleat appetitum: vt idem ait ibidem: Quāto magis nucha: cū ſit frigidior cerebro: & groſſior: & vnctuoſior?
¶ Oculi ſunt ex diuerſis ſubſtātijs cōpoſiti. Habēt enim

lacertos:pinguedinē:pelliculas:& humores. Quantū enim ex parte pinguoſa:pertinent calori & humiditati:quātū vero ex parte pellicularum,attinent frigiditati: & ſiccitati. Idcirco de pinguibus animalib⁹ frigidi ſunt:& humidi. Si vero de macilētis, frigidi ſunt:& ſicci. Et licet oculi facilius cęteris membris digerantur:tamen ob pinguedinem ſibi admixtam habent grauedinis,viſcoſitatis,& indigeſtiōis qd dā.& propter hoc non accipiātur niſi cum aceto:ſale:apio:pipere:calamento:zinzibere:& ſimilibus condiant. Iſaac in lib. particularium diætarum.

¶Nares frigidę ſunt:& ſiccę. Sūt eñ chartilaginoſę:ideoq; digeſtioni difficiles. Parum nutriūt.membra enim quę naturaliter ſicca ſunt:dure digerūtur:tardeq; de ſtomacho eijciuntur:& minus cæteris nutriunt:maxime ſi fuerint de animalibus ſiccis:ſicut bobus:capris,& generāt ſanguinē peſſimū. Iſaac in particularibus diætis.

¶Aures animaliū ſunt chartilaginoſæ:nō digeruntur:nec mutātur. Et cutis quæ eſt ſuper chartilaginem:eſt pauci nutrimenti:& difficilis digeſtiōis:quia eſt ſubtilis:& ſicca. Galenus in lib. chimorū. Et lib. de euchimia & cacochimia voluit:q̄ iter partes animalium difficile digeſtibiles ſint nares & aures.

¶Labra auribus ſunt laudabiliora:quia auriculę de cute & chartilagine ſunt compoſitæ. Chartilagines vero ſi de animalibus iuuenibus fuerint:& bene coquantur:erunt digeſtibiles:& pręſertim,ſi de lactentibus fuerint. Idem quoq; de cute ſentiendum:quę pellis dicitur. Ex ſentētia Iſaac in particularibus diætis.

¶Cutis frigidum generat ſanguinem:in quo multa exiſtit viſcoſitas:& oppilationē facit. Similiter guttur eſt frigidū & ſiccum:chartilaginoſum. Proinde parum dat nutrimēti, digeſtioni inobediens:& hac de cauſa cum calidis aromatibus debet comedi. Raſis cap. xj. iij. Almanſoris.

¶Mortuum cor inter viliſſimas corporis partes vſa nutri

menti computatur. Quoniam materialis cordis cõplexio: quam ſumpſit ex miſcibilium mixtione: frigida eſt & ſicca: & ideo fortis extat texturæ: ac compactæ ita: vt igni viderim in combuſtis præ cæteris corporis partibus reſiſtere. Ad quod etiam humidum coadiuuat conculcatum in idipſum. qđ oportuit vt obſtaret motibus: & percuſſionibus: & caloribus. propter quod ſuper id ſita fuit pinguedo q̃dam: æquiuoca tamen. eſtq; ipſum durę digeſtionis: & delatiõis: id eſt penetrationis: & melancholici magis alimenti. Conſiliator in differentia. xxiiij. & idem differentia. xlj. auctoritate Zoar. Raſis tamen. iij. Almanſoris cap. xj. calidũ ponit cum inquit. Cor calidum eſt: & duræ ſubſtantiæ. Qđ & tarde digeritur & non multum nutrit.

¶ Pulmo tarde digeritur: parũq; nutrit: & eſt frigid⁹. Raſis iij. Almãſoris. Et in. xxij. cõtinentis cap. cccxliiij. ſic etiã ait auctoritate Galeni. Pulmo leuioris digeſtiõis eſt hepate: & ſplene: iuxta modũ raritatis corporis ipſius. tamen minoris nutrimenti eſt: & nutrimentũ eius eſt phlegmaticum.

¶ Carnes ſtomachorũ duræ ſunt ad digerẽdũ. Iſaac in diætis vniuerſalibus cap. xvj. & in particularibus inqt. Mẽbra ſicca naturaliter: ſicut neruus: cutis: inteſtina: venter: vulua: id eſt matrix & ſimilia, dure digeruntur: tardeq; de ſtomacho eijciuntur: & minus cæteris ſunt nutritiua: & maxime ſi fuerint de animalibus ſiccis naturaliter.

¶ Inteſtina: ſtomach⁹: & iecora: oĩa mẽbra neruoſa ſunt & ſolida: duraq; digeſtiõi inobędiẽtia. quę generãt ſanguinẽ bon⁹ nõ eſt: ſed malus: & ad frigidũ inclinus. nec aliqđ peruenit ex eis ad corpus nutrimentũ. Hali. v. Theoricę ca. xxij.

¶ Hepata omniũ animalium calida ſunt & humida: tardę digeſtionis: & generant ſanguinem groſſum: ad modum illius quem generãt ſplen, & teſticuli. ſed hepata gallinarum laudabilia ſunt: pręcipue ſi fuerint impinguatæ: & proprie ſi comedũt ſic⁹ ſiccas. Raſis. xxv. cõtinẽtis cap. cccccclxiij. auctoritate Galeni in lib. nutrimenti.

¶ Splen mali exiſtens nutrimẽti, tarde digerit: ac nigrum generat ſanguinẽ. Raſis cap. xj. lib. iij. Almanſoris. Splen aũt porci: vt ſcribit Iſaac in particularibꝰ dietis: melior eſt ceteris: propter ſuę ſubſtãtiæ raritatẽ, & ſubtilitatẽ. Q đ etiam voluit Auicẽna in. ij. canonis ca. cccccxxj. dicẽs. Melior ſplenum, eſt ſplen porci: cũ hoc tamẽ eſt mali chimi. in ipſo eſt ſtipticitas quędã: & generat ſanguinẽ melãcholicũ & eſt tardę digeſtionis ꝑpter ſuam ſtipticitatem.

¶ Animaliũ teſticuli indigeſtibiles ſunt, & cacochimi. Digeſti aũt bene nutritiui. qđ autem magis & minus in ipſis proportionale eſt. dico ſecũdum carnes. inquantum enim porcorum caro ea q̃ aliorum eſt melior: intantum & teſticuli teſticulis. Soli autẽ, qui gallorum, optimi ſecundum omnia: & maxime ſaginatorum. Galenus iij. de alimentis cap. vj. Et cap. xx. eiuſdem dicit. Teſticuli ſunt optimi: & maxime impinguatorum gallorũ. Et in. iij. cap. de euchimia, & cacochimia, ſic etiam de eis ait. Hepar non eſt cacochimum. Renes autem & teſticuli non euchimi: pręter eos qui gallorum.

¶ Vber eſt frigidum: groſſum: qđ licet multũ nutriat tarde tamen digeritur. Raſis. iij. almãſoris cap. xj. Et in. xxij. continẽtis cap. cccclxxx. ſic inquit. Mamilla ſi comeditur: vt dicit Galenus in lib. nutrimẽti: plena lacte: nutrimẽtum eius, poſt digeſtionem bonam, erit proximum nutrimento carnis: tamen niſi condominabilis fiat digeſtio ipſius, de ea generatꝰ humor crudus: aut phlegma. Et dicit Bimmaſui. Mamilla frigida eſt & ſicca ex neruoſitate quę in ea eſt: tamẽ ſi in ea fuerit lac, erit velocioris digeſtionis: & laudabilior: & comedẽda eſt cũ aromatibus vt velox fiat deſcenſio eius de ſtomacho.

¶ Renes ad ſiccitatẽ ſunt declinantes. ꝑpterea parui ſunt nutrimẽti: & humor eorũ eſt malus: ſunt difficilis digeſtionis: & horridi ſaporis: laudabiliores tamẽ ex eis ſunt renes hœdi lactẽtis. Auicẽna in. ij. canonis. cap. cccccl xxx.

¶Pedes,aures,& labia:omnia hęc neruoſa ſunt: paulul ū carnis habētia,& adipis:parum nutriūt:celerius digerunt. Amplioris nēpe q̄ reliqua mēbra,ſunt motus.quare a ſto macho citius deſcendunt,ſuę viſcoſitatis cauſa: & qui ab eis generat ſanguis bonus eſt & laudabilis. Haliabbas de natura pedū.Et ſil'r Raſis in.xxiij.cōtinētis cap.ccccccl x j. dixit auctoritate Galeni.Pedes generāt chimū viſcoſum: tamen non groſſum:& ſunt cōuenientis digeſtionis:caren tes ſupfluitatibus:boni chimi:& velocis digeſtionis: & ge nerant humorem viſcoſum,non groſſum.

¶Omnis quidē ſanguis difficulter digeſtibilis eſt: & ma xime qui groſſus,& melancholicus:qualis qui boum:qui autem leporum:tanq̄ delectabiliſſimus apprētiat⁹ eſt. Ra ſis.iij.Almanſoris.cap.xvij.

¶Syluaticorū ſanguis ſubtilior eſt:& acutior: quia min⁹ ſunt comedentia: & ſunt ſicciora ex nimio motu & calore aeris.Vbi enim alunt:ſemper ſole cooperiuntur:vnde po ri rarificātur:& ſuperfluitates humorum diſſoluunt: & qa parum comedunt:atq; bibunt.Sanguis vero domeſtico rum datus eſt contrarius:quia durior: groſſior: viſcoſior: atq; nutribilior:ex paruitate aeris:& defectione mouendi: & multitudine comedendi:atq; bibēdi.Vnde pori oppilan tur:& nutrimenta ingroſſantur.Iſaac cap.xiiij.diętarū vni uerſalium.

¶Pinguedinis cōplexio calida eſt:& humida.Adeps ve ro minus calidus eſt & humidus q̄ pinguedo.ſunt autem ambo phlegma:& ſupfluitas humida: ſtomachū eneruāt: & in calorem cito alterant:& eorum modicum eſt nutrimē tum:& ſanguis,quē generant,non eſt laudabilis. Hali. v. theoricę cap.xxij. Vbi ſciendū eſt:q; ipe Haliabbas,ſicut & alij,de nominibus nō curantes,quādoq; ſicut in p̄habi tis adipis & pinguedinis nominibus abutitur.Res autem vnctuoſa & pinguis eſt aquea,aerea:ſicut voluit Galenus in lib.de ſimplici medicina.

¶De Ouis. Cap.XII.

OVa inter ſe differunt: q̃ recētiora meliora: quia effectus ipſorū optimus: eaq; ſorbilia. hæc facilius ſuccedūt: & gutturis leniunt aſperitatē. At minus alūt. At dura difficilia cōcoctu: & ſero trāſmeāt: aſperūq; ingerūt corpi nutrimētum. Horū improbitate ſuperiora in calido toſta cinere: fricta vero lōge deterrimū nutrimentū habēt. Probātur q̃ in calida aqua parata ſunt. Anſerina oua mali ſunt ſucci. quę gallinarū cū butyro cōdita i iugem vſum veniētia/acuere ingeniū perhibētur. Toſta cū aceto oua vētrem arefaciūt: diſtillatiões exiccādo: & extrudēdo pituitoſum humorē quoquo mō. Oua meliora gallinarū ſunt, & phaſidū: deteriora ſtruthiocamelorū: & anſerū Optima aūt ad corpus nutriendū ſunt recētia. q̃ abſorbent minus alunt: ſed facilius ſuccedūt. In dyſentericis, & cœliacis affectionibus datū ouum iā dicto modo potēs eſt medicamē languori. Albumē etiā tenue ouorū maxime ſine vellicatione medicamē nō tantū oculis adhibitū: ſed alijs prorſus oībus: q̃cunq; medicaminibus egent ſine vellicatione: quēadmodum quę in ano & pudēdis vlcera: & vitioſa conſuetudine omnia: miſcēdo eis quę ſine morſu apta ſint ad arefaciēdū: cuiuſmodi eſt pompholis: & ſimilia. Eſt eiuſdē poteſtatis etiā vitellus: ideo miſcetur cerotis non vellicātibus Lixata, vel toſta oua quo ſunt aridiora: eo magis perdunt vim eam. Teſtæ autem ouorum exuſtæ, validum arefaciēdo medicamen habent.

¶De Ouis Collectiones.

¶Oua id ſunt ex animalibus volatilibus: qđ ſanguis, & ſperma ex animalibus ambulātibus. Sicut eīm ſanguis & ſperma ſunt ex materia & nutrimēto animalium ambulātium ita oua ſunt ex materia & nutrimento volatiliū. Oua enim volatilium maſculum habentium hęc duo in ſe retinere videntur: ſperma videlicet & nutrimentū: proinde velociter et multū ſunt nutrientia & cōfortantia. Velociter nutriūt pro-

pter ſuę ſubſtãtię ſubtilitatem ſuiq́ʒ liquoris temperamentũ.corpus ſunt cõfortãtia:& velociter nutriũt.& quãto plus calor in eo operatur:tãto magis induratur: ſicut videm⁹ in exterioribus fieri.quãto enim calor ignis in eis operatur: tãto indurari incipiũt.Nutrimẽtum autẽ dant multũ:quia tota eorũ ſubſtãtia mutata mẽbris oĩno aſſimilãtur ꝓ ſui naturę humanę vicinitate.Et maxime eorũ vitella: q̃a in calore & humiditate ſunt tẽperata:& magis videntur hũanę complexioni ſimilia.Iſaac in li.diętarũ vniuerſalium cap.xvij.

¶Gallinę,& ꝑdicis oua temperata ſunt:& cõuenientia. Vitellus quoq́ʒ in caliditate temperatus exiſtens/bene nutrit. Albumẽ vero frigidum eſt:& viſcoſum:dureq́ʒ digeritur: ſanguis etiam ex eo generatus/non eſt bon⁹. Raſis.iij. Almanſoris cap.xiiij.

¶Complexio quidem oui eſt frigidior parum q̃ corpus tẽperatum:ipſum nãq́ʒ infrigidat temperate.& intelligit Serapio totum commixtum & aggregatum ex albumine & vitello eſſe frigidum.

¶Albumẽ oui eſt frigidũ:licet cõſiliator differẽtia.lxix.declaret ipm eẽ calidũ abſolute:ſed tamẽ reſpectu corporis tẽperati,eſt frigidũ.hæc Cõſiliator.cum dicat Iſaac albumen ouorum aliquãtulum frigiditati & groſſitati pertinere. vnde eſt durum ad digerendum,& tardum.

¶Oua gallinacea:& perdicum temperatiora & laudabiliora ſunt cęteris:maxime maſculum habentium:bene nutriunt:& iuniorum oua ſunt meliora q̃ veterum: & craſſorũ, q̃ macrorum:proxime factorum:q̃ veterum. Iſaac in quita doctrina.

¶Oua plus alijs hoĩbus conuenientiora gallinæ ſunt & ꝑdicis:poſt quæ oua Anatis in bonitate exiſtunt:q̃uis malũ efficiant nutrimentũ. Alia vero: ſicut ea quæ paruarũ auiũ atq́ʒ magnarũ:comedenda non ſunt:niſi medicinæ cã. Anſerum aũt oua faſtidiũ faciunt/graueẽ habentia odorẽ. Raſis.iij. Almanſoris.cap.xiiij.

¶Ouorum quæcũq; vſq; ad perfectam coagulationem coquũtur,aut aſſantur:non bene euchima ſunt.Quędam vero oua inter hęc extrema medium tenẽt: decocta quidẽ ſufficiẽter:& non indurata:quæ ſorbilia,vel coagulata dicuntur:& hęc ſunt ſaniora:& omnib⁹ fere hominibus gratiora:& cæteris laudabiliora.Galen⁹ ĩ lib. de Euchimia ca.iij.Et in eodem lib.ait.Oua quę moderate ſunt cocta:propter qđ tremulẽta vocantur:meliora ſunt alijs:& ad digeſtionem:& ad euchimiam.

¶Oua frixa cæteris ſunt peiora:quia paruiſſime ĩ ſtomacho ſunt morantia:& quia in fumoſitatem & corruptionẽ ſunt mutabilia:quicquid ibi ciborum inueniũt,corrumpẽtia ſunt:grauitatem ſtomacho generãtia:& faſtidia peiora q̃ alia quęlibet faciant oua:& peſſimos generant chimos. Iſaac in.v.doctrina cap.xvij.

¶ Oua quę inter cineres ponũtur tota:ſũt peiora eis quæ ſuper carbones ponuntur:quoniam cum calor foci circũmeat ipſa:fumoſitatẽ ſuam exire prohibet:ſup carbones vero poſita fumoſitatẽ emittunt:& munda ſunt.Iſaac doctrina quinta.

¶Competentius autẽ ouum qđ ſumitur, eſt elixatum in aqua:& non multũ decoctum vt durum fiat:ſed media tãtum maturatiõe decoquaẽ:qđ etiam ſorbile vocatur. hoc nãq; citius digeritur,& melior eſt cibus.Nodatũ autem,& durum,& lapidoſum,& patellatũ,malum eſt:& difficilis digeſtionis:humorẽ generat groſſum : facitq; oppilationẽ:& lapidẽ in renibus:& putrefactionẽ in ſtomacho:& colicam mouet paſſionem.Hali.v.theoricę cap.xxvj.

¶Oua elixa cũ corticib⁹ ſuis peiora ſunt:q̃ fracta ĩ aqua: quia fumoſitati,& groſſitiei cortices repugnant exterius. Quę oua,qui ſępe comedunt,vẽtoſitatem inflatiuã & grauatiuam patiunẽ ſtomachi:& totius ventris.& debent eſſe media:quia ex toto cocta mutanẽ in aſſatorum naturam. Iſaac in.v.doctrina.

De lacte & natura eius. Cap.XIII.

Duplicem vſum lac habet: vnũ quidẽ: vt nutrimẽtum. alterum aũt: vt medicamen. Saluberrimũ itaq; lac purum eſt, & recens: nõ particeps amaritudinis: nõ acoris: nõ ſaloris: nõ acuminis: nõ mali odoris: ſed aut bene olẽs: aut odoris expers: vt qdã putãt Exigui admodũ boni odoris. Suaue aũt guſtãtibus eſſe liquet: breuẽ habẽs dulcedinẽ. Primũ igitur ſunt nobis ipſi⁹ perſpiciẽdæ differẽtiæ. Q uãta enim inter bouẽ, & equũ animalia, differẽtia eſt: tantę inter ſe lactis ſunt differentiæ. bouĩ nãq; craſſiſſimũ, atq; pinguiſſimũ eſt ſi mediocriter bonũ prę fuerit nutrimentum. humidiſſimũ aũt, & tenuiſſimũ: ac nequaq̃ pingue cameli. accedit minus / tametſi plurimũ habet ſerum. ita nãq; cõpertũ experientia eſt. Equinũ aũt magis cedẽs ſeparabileq;: ſimiliter aſininũ. hoc autem pingue nullũ habet. Ideo etiam raro cogitur in caſeum. Caprinum porro mediocris ſubſtãtię: & purgat ĩbecillius bubulo. Cæterũ vtile. Ouis / eſt craſſi⁹ caprino: vitiligines cuti obducit: ſi quis bibere aſſueuerit continue: vel cuti illeuerit. Suillum vero craſſiſſimũ eſt: vt coagulo nõ egeat: quo concreſcat & cogatur: ſerũ pauculum remittit: & celerrime coctũ coit. igitur ad excernendum non bonũ in aluo q; vſtibundũ eſt. Anni tempore humidiſſimũ & tenuiſſimũ eſt verno: nempe fœtura plenũ. Craſſeſcit aũt procedẽte tẽpore: vt in ęſtate media aridius & craſſius fiat. laudatur aũt æſtiuũ vtpote facile concoctu, & bene olens. Circa ętatem, pubeſcentium animaliũ optimũ, iuuenũ humidius / ſenũ aridius eſt. Concoctibiliſſimũ & maxime nutriẽs eſt omne lac: ac fere plus cunctis, quibus veſcimur, rebus: cõſtans ex cõtrarijs eſſentijs atq; poteſtatibus: ſubducendiq;, ac tenuãdi. Ac cũ vtẽtis qualitas nihil habebit qd̃ ipſius naturæ aduerſetur: ipſiuſq; inteſtinorũ tranſitus meatuſq; facile concoquẽtes fuerint vaſorũ latitudine, diductioneq;: hi non exiguam ex lacte ſentiũt vtilitatem: nihilq; mali ſentiunt. Lactis cõmoda

a multis prodita ſunt medicis:mediocris alui ſubductio,in bonũ ſuccũ cõuerſio,& nutrimentũ:& carnẽ concoctã efficit meliorẽ.Vbicũq; humores morſiculantes,& vellicantes infuerit:expurgat.Quare vrinæ difficultatẽ ſubeũti & acutum diducẽti non ſolum potu vtile:ſed etiã inferne immiſſum.acutos nãq;,& vellicantes fluxus facit vtiliſſime:non ſolũ abſtergendo quæ perturbatæ ſunt partes ob humiditatẽ abſtergẽdi:quã in ſua habet ſeri parte:qua alluit:& citra laborẽ leuat corpora:verũetiã circũlitũ corporibus craſſitudine,& pingui nõ permittit ipſis procidere in fluens acutũ. Caput eſt omnibus:qui potare lac voluerint:ab alijs cibis & potibus abſtinere quoad cõcoctũ fuerit:& digeſtũ:nam niſi pcoctio ipſius anteceſſerit:vbi aliud aſſumat nutrimentum,ipſum corrumpi neceſſe eſt:& qđ propoſitum fuerit. Pręſtat autẽ matutino ac antelucano tempore multũ potare:amouere multos labores:& clementer ambulare:& vigilem conquieſcere.id nãq; ſi feceris potũ digeritur:colligitq; inutilia.Expedit autẽ:ſi quid aliud prius ſumptũ fuerit:digerere:illo digeſto aliud potare.

¶De lacte collectiones.

¶Lac vicinũ eſt ſanguini:neq; aliud eſt,q̃ ſanguis ſecundo coctus in huberibus.habet tamen de mamillis albedinẽ ſaporitatẽ,& habilitatẽ.Et nõ eſt ſeparatũ a ſanguine:ſicut cholera,vel melãcholia p ſe:immo nõ eſt aliud niſi ſanguis ſecundo coctus in huberibus:qđ natura pparauit ad nutrimentũ aĩaliũ:ſicut eundẽ ſanguinẽ operata eſt ad fouenda corpora.Iſaac doctrina.v.cap.xvij.

¶Lac eſt boni chimi:& facit exhuberare ſanguinẽ:augmẽtum faciens in cerebro:& eſt propinquę digeſtiõis:cum ſit generatum ex ſanguine qđ eſt in ſummo digeſtiõis:cui ſuperuenit digeſtio quædam alia:q̃uis fiat ex membro quod ad frigus declinat.Et ppterea lactis complexio parumper ad frigus declinat.Auicenna in ſecundo canonis capitulo cccclxix.

¶Lac recenter mulctum temperamēto exiſtit vicinum:licet frigiditati,& humiditati parumper approximet:qđ corpus humectat:& impiguat:ethicis inſup, & phthiſicis,nec non ſiccæ tuſſi ac ardori vrinæ cōfert.quas operationes minime faceret niſi frigidum,& humidum foret.Raſis.iij.Almanſoris cap.xv.

¶Lac quis ſit ſuaue:tñ non alterat̃ p ſeipſum ad amaritudinem prorſus.& iſtud eſt,quoniā frigiditas in ipſo eſt vincens caliditatem:& non caliditas frigiditatem.Et propter illud fit:ꝙ quando moratur occurrēs ei aliqua hora:aceſcit:& iſtud eſt,quoniam compoſitū eſt ex tribus ſubſtantijs diuerſis in qualitate:quarum vna eſt ſubſtātia groſſa ex qua eſt caſeus:& ſecunda eſt pinguis:ex qua eſt butyrum recēs & coctum:& tertia eſt aquea:quæ dicitur aqua caſei.& vnicuiq; harum trium ſubſtantiarum ieſt cōplexio ſibi ꝓpria.Subſtātia pinguis eſt calida maioris æqualitatis cōplexione.& ſubſtantia groſſa eſt frigida in æqualitate complexionis:& aquea eſt frigida,& humida.& cum res ſit ſecundum ꝙ narraui:tunc caliditas totius lactis eſt ſub caliditate totius corporis temperatæ complexiōis.Et propter illud eſt:ꝙ conuertitur,& permutatur per ſe ad acetoſitatem.Galenus in quarto de ſimplici medicina.diſtinctione.iij.ca.vltimo.Et in.v.lib.eiuſdē diſtinctione.vj.cap.ij.inquit.Lac in caliditate ſua eſt iter phlegma & ſanguinē:ſed nō eſt lōgitudo eius ab vtriſq; ſimilis,& æqualis:immo a phlegmate eſt lōginquius,& propinquius ſanguini.

¶Si corpus eſt mundum:nihil eſt cōuenientius lacte ad reſtaurādum quod diſſolutum eſt ex membris radicalibus:& proprie lac mulierū:ſecundo lac aſinarum:& poſt lac caprarum.& ideo eſt lac magis iuuatiuū omnibus alijs rebus ethicis:& hoc eſt propterea,quia eſt materia ſimilis primæ materiæ:ex qua eſt humiditas radicalis:& ideo nutrimentū bonum corpori exiſtit.Auerrois.v.colliget cap,de humiditate animalium.

¶Electum lac quatuor qualitates habet. Colorē albiſſimū clarum: a citrinitate, & rubore, & a liuiditate liberum: odorē odoriferum: & ab horrore, & grauitate alienū: liquorem inter ſubtilem & groſſum mediū: vt ſi gutta ſuper vnguē aut aliud corpus ſolidum proijciatur remaneat continua: inferius lata: ſuperius acuta. Saporem acceptabilem, ab amaritudine, ſalſitate, & acetoſitate liberum. Iſaac cap. xvij. diętarum vniuerſalium.

¶Bibere vero lac volenti: oportet non ſtatim ſumere poſt partum ſed poſt ad minus. xl. diebus. Hali. v. Theoricę ca. xxvj.

¶Lac animaliū pinguiū & iuuenū quæ diſcurrēdo bonas paſcūt hęrbas & partui adhuc vicina exiſtūt, tēperatū & melius iudicatur. Nemo enim debet lacte vti animalis cuiꝰ nutrimentū ignorauerit: quoniā plurimū paſtus facit ad ipſiꝰ bonitatem. Raſis. iij. Almanſoris cap. xv.

¶Malum lac euchimos vtentes ipſo, cacochimos efficit. Galenus in alimentorū cap. xiiij. A quo Auicenna in ſecūdo canonis accepit cū dixit. Non eſt aliquid nocibilius corpori q̄ lac malū: quoniā vt dicit Hippocrates in libr. de aere & aqua & regionibus: lac ſi malum eſt lapidem in veſica latentē facit: maxime autē ſi calidiſſimū. choleris rubeis pertinens eſt. ventrem enim & veſicam calefacit, & vrinam incēdit, & lapides facit. Lac ſimiliter ſpiſſum omnino vitādum eſt: generat enim lapidem in renibꝰ eo vtentiū, vt vult Raſis in Almanſore.

¶Lac aſininū poſt fœmineū & caprinū eſt tēperatius cæteris. Et lac aſininū minus exiſtēs butyroſum eſt ſubtile. caprarum vero lac eſt tēperatum. & lac ouiū eſt groſſum valde. Et lac vaccinū eſt pinguius & groſſius. Auicenna ſecūdo canonis.

¶Lac recipit immutationē citius oībus alijs rebus ab aere & ſimiliter permutatur in diſtemperatis corporibus ex malis humoribus: & aceſcit & caſeatur i ſtomacho frigido: aut

in fumoſum in ſtomacho calido:& replet cerebrum. Sed ſi corpus ſit mundum nihil eſt conuenientius eo ad reſtaurã-dum. Auerrois.v.colliget.

¶ Studẽdũ eſt vt lac mox vt ab huberibus animalium eſt emulctũ fugatur:ne quomodolibet ab aere tangatur. Quoniã lac in ſua ſubſtãtia eſt velocis cõuerſionis & corruptionis. Galenus.v.de ingenio ſanitatis.cap.xij.

¶ Prout oportet accipiatur & quantũ virtus tolerare valuerit. Si enim vltra q̃ opportunũ fuerit ſumatur, naturã grauat,& capiti ſtomachoq; infert nocumentum. Securiſſime igitur a pauca lactis quãtitate incipiendum eſt,& paulatim ad maiorem tranſeũdũ prout digeſtiua ſtomachi docebit. Iſaac in prima doctrina.

¶ Illum autẽ qui bibit lac,poſt ipſum quieſcere oportet vt non corrũpatur & non aceſcat:verũ oportet vt nõ ſup ipm̃ dormiat,neq; ſuſcipiat ſuper ipſum cibũ aliũ donec deſcẽdat,nec etiã poſt ipſum bibatur vinũ,quoniã alterat ipſum & coagulat,& penetrare facit indigeſtum. Auicẽna.ij. canonis cap.cccclxix.

¶ Continuus vſus lactis lędit dentes ſimul cũ adiacẽtibus carnibus quas nominãt gingiuas. Has igit̃ laxat:dẽtes aũt valde putreſcibiles & corroſos efficit. Nocet ſimiliter vſus lactis viſceribus non modicũ. Galenus.iij. alimentorum.

¶ Lac coagulatũ grauitatẽ generat in ſtomacho:fumoſitatẽ mittit capiti. vnde ſuffocatio & ãguſtia ſępe generatur. & groſſitie ſua eſt ad digerendũ durũ & peius omni alio lacte groſſos humores generat:& cito faſtidium facit:& cauſa fit lyenterię. Iſaac.ca.xvij. dięgtarũ vniuerſalium.

¶ Butyrũ etiã coctũ ſtomachũ debilitat ac dura mollificat. Qui aũt eo in comeſtione vſus fuerit phlegmaticas patiet̃ ęgritudines. quãto igitur magis crudũ eſt illaudabile? Et ꝑpterea ipſo nequaq̃ eſt vtendũ niſi ꝑ condimẽto,& ꝑſertim a pinguibus:quoniã impinguat multum,vt docet experiẽtia. Raſis.iij. Almanſoris cap.xv.

¶ Quādo excolatur lactis aquoſitas,remanet coagulatiua ſubſtātia:quę vocatur in noſtro vulgari recocta. huiuſmodi qdē ſubſtātia corpꝰ opportuno paſcit cibo:calidiſqꝫ hominibus vtilis eſt:ſtomachi & cholericū habentibus fluxū: magis autē ex vaccarū lacte ſi fuerit.nec nocet homini ſi ſanus fuerit. Sed tñ ſi frigidus cōplexiōe ſit,ſtomachus minime eam digerit.Hali.v.Theoricæ cap.xxvj.

¶ De caſeo. Cap.XIIII.

CAſei omnes mali: nullum nanqꝫ video probari.oēs difficulter cōcoquūtur:inflant vētrem implēdo excremēto improbo & pituitoſo: & aluū exurunt. Aſſumunt eīm in pręparatione ab iniecto coagulo acumē:humiditatē omnē deponendo:pręcipue veteres:quando etiam acutiores euadūt,& q̄ eſſent calidiores:ac magis exurentes:& ſitim magis excitantes:& cōcoctu difficiliores:fiūtqꝫ mali humoris.Id propterea igitur bonum illud aſſequitur:ꝙ reliqua edulia,q̄ craſſi ſucci ſunt eius vi attenuātur mixta:neqꝫ id ſine detrimēto.Maius nāqꝫ detrimentum ex malo humore ipſius:ac vtiliōe humiditatis gignitur:q̄ ex attenuatione craſſitudinis naſcatur vtilitas.Fugite in primis eiuſmodi caſeū in quo nulla ꝑtendit vtilitas.Nouū caſeum omniū optimū eſſe putes: q̄ oxygalactinū nuncupatur:qui eſu ſuauiſſimus: minus alijs oibꝰ caſeis ſtomachum offendens:minuſqꝫ difficulter concoqtur:ac penetrabilis:nō vſquequaqꝫ mali humoris.Quæ cōmunis omnibus caſeis infert reprehēſio Rufi.Inter oēs caſeos vetuſto nouus melior:& mollis duro: & rarus, laxus, atqꝫ hians admodū denſo & coacto:& eximiā habēs dulcedinē ſalſo:& qui mediocriter ſalſus eo qui plurimū vel nullum habeat ſalē: & ſuauis inſuaui:& toſtus crudo. Coctus autem caſeus multo ſolidior.deniqꝫ omnes mali.

¶ De caſeo collectiones.

¶ Caſeus recens ſine ſale eſt frigidus & humidus in tertio: & eſt nutritiuus & impinguatiuus. Eſt tamen malus ſtomacho: licet Diaſcorides dixerit ꝙ recẽs eſt bonus ſtomacho. Auicẽna i.ij.canonis cap.cxxviij. Caſeus carẽs ſale eſt nutribilior ſalito, & humectans corpus, & magis carnis eſt augmẽtatiuꝰ, & nõ tantũ ſtomacho nocens. Saporitus tamen parum melior. Iſaac in.v.doctri.cap.xvij.

¶ Caſeus recens non ſalitus valet ad ſtomachum calidum de leui accedit ad membra: auget carnem: lenit ventrem. Qui licet frigido ſtomacho non cõueniat: tamen calidum habentibus ſtomachum confert. Raſis libro. xxij. capitulo.ccvij.

¶ Caſeus recẽs humores non malos generat cũ ſit mediocris inter lac & caſeũ ſiccũ. retinet enim partim dulcedinem & aquoſitatẽ lactis: & ideo ad digerendũ facilior: & ad nutriendum laudabilior: maxime ſi ſale caruerit multo. Caſeus tamen recens parum ſalitus melior eſt nõ ſalito. Iſaac cap. xvij. vniuerſalium diętarum.

¶ Caſeus ſalitus non vetus eſt intra eos, & velocior in digeſtione q̃ non ſalitus: & velocius deſcendit: & propterea ſtomacho frigido non eſt ita nociuus ſicut recens penitus ſine ſale: & ideo tutius ipſo vtendum eſt q̃ altero. Auicenna i ſecundo canonis.

¶ Caſeus vetus peior omnibus eſt: maximeq; ille in quo acumen eſt & punctio. In hoc eñ caſeo aquoſitatis nihil eſt & ex coagulo acumen adeptus eſt: ideo cephaleam mouet oppilationem in hepate generat, & in renibus calculos. Et propterea omnis quidem caſeus quãto propinquior recẽti eſt minus malus: & quanto amplius vetus, & difficilioris digeſtionis erit & maiorẽ vrgens ſitim ac cephaleam capitis. Hali.v. Theoricæ cap.xxvj.

¶ Caſeus vetus eſt vitandus: quoniam in renibus & veſica parit lapides, & nullum affert iuuamentum, neq; eſt nutritiuus, neq; cito digeſtiuus, neq; bonum ſanguinẽ generans,

neqꝫ vētrem humectans,ſed plurimū humiditatis deſiccās ſtringens vrinā,& cito in intenſionē ſe mutās.vnde eſt acutus ſicciſſimus groſſus & corruptibilis:ad exeundū de ſtomacho durus.Iſaac in doc.v.cap.xvij.

¶Ex caſeo debet eligi qui nō ſit multū vetuſtꝰ nec multū calidus/id eſt recens.& caſeus qui fit ex lacte paucę acetoſitatis eſt minus nociuus ſtomacho omnibꝰ ſpeciebus caſei & eius acetoſitas cōfortat ſtomachū,& nō eſt difficilis digeſtionis.Et caſeus mollis eſt melior duro,& ſpongioſus melior ſolido.Raſis lib.xxj.continētis cap.cciij.

¶De oppilationibꝰ eſt caſeus multus : qm̄ adducit oppilationē in hepate & lapidē in renibꝰ ei q multiplicat aſſumptionē eius,& cuius hepar & renes ſunt parata recipere lęſionem.Gale.in lib.de diſſolutione continua.

¶Caſei ſumpti poſt cibū,quātumuis parū:os ſtomachi ſigillat:& faſtidiū piguiū eduliorꝫ tolerat:& cōcoctioni ac capiti ꝓdeſſe aiūt.Raſis.iij.Almāſoris.Quis aūt caſeus melior ſit vaccinus an pecorinus:dicēdū eſt ꝙ licet caſeꝰ ouinꝰ ſit vaccino terreſtrior:alijs tñ paribꝰ minus malus & ſanior exiſtit vaccino:cū ſit boni odoris/& ſaporis/& guſtui magis ꝓportionatꝰ:cū ſit factꝰ ex lacte,cuiꝰ cōplexio ē melior.ſiſr.vaccinꝰ ſanguinē groſſiorē generat cū viſcoſior ſit ouino:& lac ouinū factū in mēſe maij eſt laudabilius quocūqꝫ alio:cū lac vernale in vltimo veris,& ī initio ęſtatis ſit omni alio cōuenietius:& ꝑ cōſequēs caſeus factus in illo eſt quocūqꝫ alio melior & laudabilior.Vaccinus aūt caſeus iā dicto eſt nutribilior,q̄a vnctuoſior.ſicut lac vaccinū vnctuoſius eſt ouino.Caſeꝰ vero caprinꝰ etſi factꝰ ſit ex tēpatiori lacte oībus tñ caſeis eſt deterior:q̄a ſtatim exiccatur & terreſtrificatur/& efficitur valde frāgibilis vt experiētia docet.ꝑ prio tñ die laudādus eſſe videt.In caſeis maxime cauēdū eſt ne caſeus cum ſubtiliatiuis vel diureticis ſiue aperientibꝰ aſſumatur:quoniā ꝑducunt ipſum ad renes,& lapides faciunt:quēadmodū ſenſit Auicenna in.ij.canonis.

¶ De piſcibus:& de nutrimento qđ ab aquaticis eſt animalibus. Cap.XV.

IN aqua degentiũ variȩ ſunt ſpecies aĩaliũ:differẽtiæ quoq; multæ. Verũ dicenẽ a nobis:q̃ in vſum medicinȩ veniũt:& ſanitatẽ p̃tendunt. In vniuerſum igitur ſciendum eſt/optimam eſſe piſcium carnem:qui in puro mari vitam agunt:p̃cipue cũ locus vẽtis commouetur:neq; terreſtria ſũt littora: ſed aut arenoſa:aut ſaxis aſpera:aut rupibus alta:& ſi in ſeptẽtrionẽ conuerſa loca/ventis ſeptẽtrionalibus ſint obnoxia. nec dubiũ q̃n mare mari ſit ad gignendos piſces aliud alio melius: quatenus aut purgatius fuerit:aut fluuios ingentes,& multos excipit. In huiuſmodi igitur degentes piſces mari:quatenus abundant ſtagnis,& paludibus:eatenus ſuperantur ab eis: qui in puro degũt mari. maxime autem redundans ac flacceſcens caro eſt in lutoſa & ſordida aqua degentiũ. Eſt autẽ adhuc deterior in ſtagnis,& paludibus: niſi exigua ſint ſtagna ingentia excipientia flumina:fonteſq; habeãt:& largũ effluxum:longe deteriores,ſi non effluit aqua:ſed ſtet.q; ſi ſtagna ſint: eadẽq; cœnoſa: extremȩ ĩprobitatis erit caro. In fluuijs ſunt meliores:in q̃bus velox,& multus ẽ fluxus. In ſtagnãtibus aũtẽ fluuijs degentiũ piſcium caro nõ bona concoctu,perexiguũ bonum nutrimẽtum habẽs. Peſſimi ſunt qui in oſtijs degunt fluminũ:quæcunq; cloacas expurgant:& balnea:aut lauias,& veſtium & telarum ſordes euehunt:& quæcũq; per vrbes labũtur purgãdi cauſa immiſſa. Fiũt autẽ tum meliores,tum deteriores arte coquẽtiũ:hærbis,& radicibus bonis ad hanc rem accõmodatis:vtilibus. Fiũtq; paſtu etiã piſces tales:qualia fuerint pabula quibus veſcũtur:quæ tum bona,tum mala inueniũtur. Qui malo veſcuntur pabulo,cum excepti ſunt,ſi paululum modo aſſeruẽtur tabeſcũt:& ſtatim male olent. Inſuaues quoq; ſunt tametſi recentes:paruulũq; nutrimentum habent. At non paruam redundantiam:& malum humorem in corpore co

gunt eis qui frequenter veſcuntur.

¶Problema.

¶Cur ſaxatiles piſces facile cōcoquūtur? Quoniam cuncta/quæ ad ſaxa eſt/aqua/etiam pacato mari ſemper mouetur:micatq;. Durū nāq;,& molle quicquid eſt:alterno motu ac reciprocatu perpetuo quieſcere non poteſt. At qđ ſemp mouetur animal tenuius euadit eo qđ quieſcit:quare etiam piſces ab aqua commoti redūdantiam habent nullam. Eadem ratione volucres quæ in perpetuo fere ſunt motu,facile concoquūtur:ſicut contra quæ tarde:vt grues/pauones/anſeres/anates/querquedulæ/& prorſus aqua gaudentes omnes aues.

¶De piſcibus collectiones.

¶Dicimus naturā piſciū vniuerſaliter eſſe frigidam, & humidā:& humoris phlegmatici gñatiuā: cōueniētem calidā habētibus cōplexionē:& ſiccā:maxime in æſtiuo tēpore & calida regione.incōuenientē vero frigidis & humidis cōplexionib⁹: & carnoſis:maxime,quibus molles nerui fuerint & ad hyemale tēpus venerint:vel frigidā regionem habuerint:naturaliter enim eos infrigidant,& humectāt. Proinde quibus cholera rubea dominatur:& calidam habētibus cōplexionem:coitū confortant:& ſperma augmētant. Iſaac in lib.particularium diętarum.

¶Dico q͛ ſanguis ex piſcibus generatus/eſt citę corruptionis.& propter hoc non eſt mirum ſi plurimæ ex eorum frequentata comeſtione/proueniant ægritudines. Auerrois vj.colliget.

¶Piſcis recēs vniuerſaliter eſt frigidus,& humid⁹, & phlegma generans.ſed qui in mari naſcitur,& ſalſa aqua, minoris eſt humiditatis,& frigiditatis.Hali.v.Theoricæ capitulo,xxv.

¶Piſces marini calidiores:& minus humidi: & minus viſcoſi ſunt:ſalſitudo enim aquæ inhabitatæ calefacit eos incidens humiditatem & groſſitiem.vnde pinguedo eorum

minoratur. Sanguis enim quem generant: eſt temperatiſſimus: non groſſus: neq; turbidus: neq; ſubtilis: neq; aquoſus: licet ſubtili vicinus exiſtat. Iſaac in vniuerſalib⁹ diætis cap.xxviij.

¶ Piſces fluminũ in actiõe & paſſione contrarij ſunt marinis: qm̃ fluminalis aqua frigidior eſt: & humidior. vnde piſces fluuiales ſunt craſſiores: & viſcoſiores: atq; pinguiores & ideo nutrientes plus: mali tamen: & ad digerendum duri: velociterq; de ſtomacho deſcendunt. Iſaac in quinta doct. cap.xxviij.

¶ Piſces qui ĩ fluuijs generãtur: meliores ſunt ſi ĩ fluuio rapido, & multi fluxus exiſtãt: ſicuti peiores: qui in parua degũt aqua fluuios magnos nõ ſuſcipiẽte, nec effluxũ copioſum habẽte. multo vtiq; & his deteriores lacuũ. ſi autẽ oĩno neq; defluat aqua: adhuc deteriores. Galenus. iij. Alimentorum cap.xxiiij.

¶ Sanguis, qui ex piſcibus petroſis generatur, eſt tẽperat⁹ naturaliter: licet ſubtilitati ſit pertinẽs: & velociter a mẽbris diſſolubilis: & p cõſequens melior ad regendã ſanitatẽ: q̃ in mẽbrorũ confortationẽ. Et piſces de clara aqua laudabiliores: & longe minus corruptibiles ſunt: q̃ alij: & maxime petroſa incolentes. Iſaac in. v. doctrina.

¶ Piſces littora, & fluuios expurgantes, ciuitatem inhabitãtes peſſimi ſunt: nõ bene digeſtibiles: neq; euchimi: neq; delectabiles. Gale. iij. Alimentorum cap.xxvj. Et in lib. de euchimia cap. vij. inquit. Piſces paulominus oẽs euchimi prę ter conuerſantes in paludibus.

¶ Peior omniũ eſt piſcis q paludoſa habitat loca: aquaſq; ſpiſſas, & putridas, calidaſq;. Quoniã piſcis, qui in huiuſmodi naſcitur, quietus eſt: celeris immutatiõis in fœtorẽ cũ ab aqua educt⁹ fuerit. Qui autem huiuſmodi eſt, minime comedatur. Celeris enim eſt immutationis in ſtomacho: & in malum humorem. Hali. v. Theoricæ. cap.xxv.

¶ Ex habentibus mollẽ carnẽ ille qui eſt maior, ad terminũ

aliquē eligitur. Quemadmodum ex piſcibus durā carnem
habentibus ille, qui eſt minor. Studium igitur ſit in eligēdo
pro poſſe omni, piſces duras carnes habētes: quoniam ſa-
niores ſunt: vt ſapientes medici dixerunt. Auicēna in. ij. ca
nonis cap. ccccclx.

¶ Durities carnis in piſcibus, & fragilitas eiuſdē ſignificat
ꝙ neq; viſcoſi aliquid ſit in ipſo: neq; pingue: & nutrit bene
alijs piſcibus magis: quando bene digeritur. Galenus in ali
mentorum cap. xxiiij.

¶ Meliores piſces ſunt, quorū corpus eſt medium inter ma
gnum & paruū: & qui ſunt, velocis motus, & paucę viſcoſi-
tatis. Auerrois. v. colliget.

¶ Cum piſces oua facere incipiunt, ſi incraſſantur, illauda-
biles ſunt propter multitudinē ſuæ pinguedinis: & ſi macri
fiunt, etiam illaudabiles exiſtunt: nec ſunt amādi ex quanti
tate ſuæ maciei. Meliores itaq; erūt: qui mediocres fuerint:
quoniā cum nimiū craſſi fuerint, ad digerēdū ſunt duri: ſto-
machū emolliūt, groſſū phlegma generātes, & viſcoſum.
Si vero macri ſint: ad digerendū quoq; duri exiſtūt. In lib.
vniuerſalium dietarum.

¶ Piſces modicę humiditatis, quorū caro frangitur ex pri
uatione pinguedinis, & humiditatis: abundantis nutrimēti
ſunt: quia caro ipſorū ſolida. Et ob hanc cauſam: lucij/car-
piones/& huiuſmodi qui carnes duras habēt & frangibiles
in partes: facile diuiſibiles: ſunt iure merito comedēdi. Tin
chæ vero/regine/anguillę/& huiuſmodi nequaq̄: ꝓpter op-
poſitas cauſas. Ex ſententia Raſis in. xxij. continentis. ca.
ccccxxiij.

¶ Piſces ſquāmas habentes ſunt meliores. Squāma enim
ſignificat humorū paruitatem, & aquoſitatis indigentiam.
Quia natura ſuperfluitates humorū ab interioribus ad ex-
teriora expellit ad nutriēdas ſquāmas. ſicut animaliū natu
ra tertiam finiens digeſtionem exterioribus membris mun
dat quęcūq; ſunt conueniētia ad nutrimentū lanæ pilorūq;

& ſimiliū. Vnde piſces ſquāmas habentes duras,& groſſas meliores ſunt habentibus molles,& ſubtiles. ſquāmarū enī groſſities paruitatē innuit humorū. Ecōtrario aūt habētes, copiā habēt humorū. Iſaac in lib. particulariū dietarum.

¶ Piſces, qui cū aqua ſola elixātur, ſunt oib⁹ laudabiliores. Quoniā eorū viſcoſitatē aqua in qua fuerunt decocti: abſtulit: præcipue ſi manducētur cū ſale/menta/apio/carui/pipere/zinzibere/& ſimilibus. Iſaac vbi ſupra.

¶ Corporibus temperatis dentur piſces aſſati: aut cū oleo frixi: tamē meliores ſunt aſſati. Iſaac in vniuerſalib⁹ dietis. Deterior igitur coquēdi modus eſt frixatio. Tū quia viſcoſitatem piſcibus tribuit: tum etiam quia piſcis cum oleo frixus/ſtomachum emollit.

¶ Cancri ſolidæ carnis ſunt: difficilis digeſtionis: abundātis nutrimenti. Et caro cancrorū,& iura ipſorum conferunt ptiſicis: & augent in actu venereo. Raſis. xxij. continentis. cap. cccxciiij.

¶ Cancrorum caro omnis ſalſa eſt ſapore: vnde naturā fluxam facit: & nō cito digeritur. Et qui minus ſalſus eſt: caro eius lacertoſior,& durior eſt: & magis digeſtioni inobediēs: vnde huius animalis caro omnis humorem generat groſſum/& phlegmaticum. Hali. v. Theoricæ cap. xxv.

¶ Liber Tertius de holeribus & radicibus.

¶ De holeribus in vniuerſum. Cap. I.

SCiēdum itaq; differētias ſingulatim ſuas affectuū eſſe in vnoquoq; medicamine. Certū qdē certe habēt holera limitem omnia: calidę, vel frigidę, vł aridę, vel humidæ q̄litatis, vel partiū tenuitatis, vł craſſitudinis. Verū quouſq; in quouis ipſorum ſit pcedēdū: neq; dici: neq; ſciri a quoq̄ poteſt. Tē

tauerũt inſignes doctrina medici terminis quibuſdã cõclu‑
dere certis:qui ſatis viſi ſunt in huius artis vſum poſſe pue‑
nire. Vnũ qdẽ genus docuere:qđ in ſimile nr̃is corporibus
trãſit tẽperamẽtũ:vt vero nunc fere loqmur:cõplexionẽ:in
ipſo ſiqdẽ corpe hũano caliditatis quoddã principiũ eſt: in
mutationẽ,atq; qualitatis abalienationẽ:quã alterationem
nũc oẽs noiant. Alterũ aũt genus fecere calidius:qđ q̃ ma‑
xime vix ferre poſſim⁹.Hui⁹ nimirũ totius caliditatis qua‑
tuor ordines,quos gradus vocam⁹,inſtituere.vt prim⁹ ſen
ſu vix oino percipi queat: vel certe nõ pcipiat:ſed cõſyderã
tis tantũ rõne ppendat. Alter q ſecũdus iã ſenſu pcipiatur.
Alius,q tertius iã multũ calefaciẽs:necdũ tñ exurẽs grad⁹.
Poſt quẽ quartus ac vltimus vim habet exurẽdi. Ita porro
etiã refrigerãtiũ ordo eſt:vt primus refrigerãdi indicationẽ
nõ admittat. Secũdus iã frigefacere ſentiatur. Inde tertius
poſtremo quartus.qui vbi terminetur tibi liceat ignorare.
Iuxta hoꝝ pportionẽ noris humecta,& arida ſe hẽre. Com
modi⁹ videmur facturi:vt primo de holeribus dicam⁹, nõ
quecunq; in orbe terrarũ (quis enim hoc audeat polliceri?)
ſed q̃ in experiẽtiã pſtantiſſimorũ venere medicorũ: quæq;
vim habent inſignem.

¶Problemata.

¶Cur ocyus excauleſcat: qđ ſemine vetuſtiori vt trimo
aut bimo pdierit:q̃ qđ nouo? An q; ſicut in aĩantiũ genere
ſemẽ id celeri⁹ affert qđ viget:ita etiã ſeminũ,q̃ vetuſta ad
modũ ſunt:vim ſuã oẽm exhalarũt:q̃ recẽtiſſima ĩbecillio‑
ra ppterea ſunt: q; excrementũ adhuc pcreationi minime
cõueniẽs cõtinẽt.Q ue media tempore:hoc humore inutili
omni exacto validiſſima eſſe probantur.Celerius igitur ſe
men profundunt. Id autem ipſum nõ niſi excauleſcere eſt:
quippe cum ſemen ex caule proueniat.

¶Cur porrũ proſit ad vocẽ ſonorã? Nã & perdici cõmodũ
eadẽ in re nouimus? An q; alliũ quoq; elixũ delinit: & qdẽ
porrũ lentitiam quãdã obtinet:quę fauces detergere poſſit.

¶ Cur aliqua germinare non terra contēta: ſed abſciſſa/aut euulſa vł recōdita poſſint: vt caules lilioꝝ, vt allia, vt cępe? An ꝙ oēs alimētū itra ſe cōtinēt: nec certo definitoq; loco oēs oriunł. Creſcere aūt vnūqdq; pōt: nō eo ꝙ in ſe cōtinet alimētū: ſed ꝙ decoctū iā & digeſtū illud pabulū ē. Cōtinēt igił vel antehac alimētū: ſed augeri tū dūtaxat incipiūt: cū tēpus ad id adeſt: cuius opa res illa effici pōt: velut etiā oua crocodilorū tēpus tute opari ſibi admodū nouimus. Incremētū tñ cōtinuari nō licet: qm̄ aliud nō ſuppetat alimentū.

¶ De holeribus collectiones.

¶ Holera ꝑcipue atq; fructus abſq; magno replent corp⁹ nutrimēto: & humores crudos generāt: & malos. Raſis. vj. Almāſoris cap. v. & in lib. iiij. ſuorū Aphoriſmorū ait. Holera humores humectant: & ideo non ſunt cibus cōueniēs. Et hoc proprie de frigidis eſt intelligendum.

¶ Oēs hęrbę p ſuā naturā declināt ad humores melācholicos: & hoc etiā faciūt a tota ſubſtātia: excepta lactuca: & bugloſſa. Et ideo via cibi nō videnł cōuenire. Auerrois. v. colliget. Via aūt medicinę ſeu cibi medicinalis poſſūt qñq;, vt i ęſtate valde calida, cōueniētes eē ad remittēdū ardorē/ſiti/ & fortē corporis caliditatē. Ex eis pmaxime vti poſſumus lactuca/endiuia/portulaca/& hmōi: in hyeme vero minime.

¶ Oportet vt ſanitatis cōſeruator ſtudeat: ne cibi ipi⁹ ſubſtātia ſit aliqd nutrietiū medicinaliū: ſicut holera, & fruct⁹, & reliq ab ipis: qm̄ ſubtiliātia ſanguinē ſūt aduretia: & groſſa ſunt ipm phlegmaticū facietia: & corp⁹ grauātia. Auicēna. iij. j. Galen⁹ quoq; in lib. de Euchimia dicit. Holerū qdē nullū eſt euchimū. Sed calidis, & ſiccis eo in tēpore eſt vtendum ſecūdū Auicennā. iij. j. dicentē. Holera cholerica multum conferunt in hyeme: ſicut inſipida in æſtate.

¶ Noſſe oportet omnib⁹ holeribus pauciſſimū & cacochimū ſanguinem generātibus: ex lactuca nō multum qdem neq; cacochimū: neq; tamē euchimū ſanguinem generari. Galenus. ij. Alimentorum cap. xxxviij. Et in cap. xlj. libri

eiuſdem ſic quoq; ait. Alimentũ ex bleta eſt modicũ & ex alijs holeribus. Ex quibus patet: q̀ holerum nutrimẽtũ ſit paruiſſimum: & in via cibi ſint illaudabilia. Verũ domeſtica minus mala. Syluestria vero peiora.

De holeribus: & quæ in victu vitanda ſint. Cap. II.

Nunc per literarũ ordinẽ quo magis obuia ſint q̃rentibus: quæ ſequẽda in victu: quęq; vitãda: vt cuiuſlibet poſtulat natura oſtendemus: nõ vt in ſyluis noſtris medicinalibus fecimus. Illic ſiquidẽ medendi cauſa etiam q̃ nõ mandũtur, ac bibũtur, appoſuimus. hic ea dũtaxat: quę depoſcit viuendi ratio ex cibis. Ab ipſa igitur nũc acetoſa nobis ſumemus initiũ. Inde ex ordine literarum cætera quoq; holera proſequemur.

De A Litera.

De acetoſa. Cap. III.

Acetoſa frigida eſt, & ſicca: quę & ventrẽ ſtringit: & ſtomachũ exaſperat: cholerãq; rubeã, & ſitim extinguit. Raſis. iij. Almãſoris cap. xviij. Et idẽ in lib. xxj. cõtinẽtis cap. ccxlviij. ſic ait Diaſcoridis auctoritate. q̀ ipſa valet ad dyſenteriã: & fluxũ ventris chromã: & ꝓprie ſemina maioris: vt ipſe inquit Galeni auctoritate: vbi dixit: q̀ comeditur acetoſa ab hominibꝰ appetentibus lutũ & alias huiuſmodi res horribiles. facit quoq; ad appetitum incitandum.

Acetoſa domeſtica frigida eſt in primo & ſicca in ſecundo: & in ipſa eſt ſtipticitas: & omnis ſpecies eiꝰ ſuperat choleram: & ipſius humor eſt laudabilis. Et illa quæ non eſt vehementis rubedinis, plus nutrit. Auicenna in ſecũdo canonis cap. liiij.

De Apio. Cap. IIII.

Apium calidum eſt & ſiccum in tertio gradu: ventoſitatẽ diſſoluens. Hali. v. Theoricæ. capi. xvj. Auicenna in ſecũdo canonis cap. lvj. ſic ſcribit.

Apium calidum eſt in primo:ſiccum in ſecūdo. Rufus ve
ro dixit q̄ domeſticum eſt humidum. Verūtamē eius radix
eſt ſicca cum cōuenientia.cuiꝰ operationes medicinales plu
rimæ ſunt. Reſoluit eñi inflatiões:ſedat dolores:prouocat
vrinā:ſudorem:& huiuſmodi. Verūtamen via cibi nō com
mendaṫ. dicente eodem vbi ſupra. Apium eſt malum exci
tans epilentiam epilenticorum. Et ſtomacho etiam nocere
videtur:cum dicat idem. Apiū non eſt velocis digeſtionis
neq; deſcenſionis.

¶ Apium datū proprietatem habet cōſtipationem ſoluen
di:& viam humoribꝰ faciēdi:eoſq; ad ſtomachum : vuluā:
& caput attrahēdi:vñ fit epilēticis nocumentū : & maxime
fœtui ī vulua exiſtēti. Vnde aſſuetę apiū comedere fiūt cau
ſa generādi in corpe fœtus apoſtema:& putridas puſtulas.
Iſaac in particularibus diętis. Et Rufus ait. Non debemus
ſecundum cibū apium laudare:quia humores totiꝰ corpo=
ris ad ſtomachū coadunat:vnde generat vomitum:& exci
tat coitum. Concludamus itaq; q̄ via cibi tutius ſit ipſum
dimittere:niſi ab his qui fœtorem anhelitꝰ:aut oppilationē
vel aliquid aliud tale patiuntur.

¶ De B litera.

¶ De natura Baſiliconis maioris,& minoris.

Cap.V.

BAſilicon:ſiue badarūgi, hortulanꝰ latorū folio=
rum ſecūdum Diaſcoridem.qui comedit multū
de eo:mouet vētoſitatem:prouocat lac:facit vi=
ſus obſcuritatē:& eſt difficilis digeſtionis. Raſis
xxj.continētis ca.clxij. Et poſt pauca ſubiūxit. Inquit Ga=
lenus in vltimo ſecūdi:Baſilicon eſt calidū in ſecūdo:& ha=
bet humiditatem ſuperfluam:& ob hoc non eſt iuuatiuum
corpori cū recipiṫ interius:& nocet ſtomacho:& generat ma
los humores:& eſt difficilis digeſtiōis : & deſiccat pulmonē
& laxat vētrem:prouocat vrinam:& eſt velocis putrefactio
nis:& multiplicat choleram.

¶Baſilicon minutum, qđ garioplilatum dicitur: calidū eſt
& ſiccum in ſecundo gradu teſte Auerroi in. v. colliget cap.
de rebus marinis. Aperit oppilationem cerebri: & valet con
tra cardiacam paſſionem humidam: & cōtra melancholiā:
et contra hemorrhoidas: inquit ipſe.

¶Baſilicon, ſeu Albetaroſi calidum eſt: qđ & dolorem effi
cit capitis: & male nutrit: cuius comeſtio vtentis viſum tur-
bat: quādo eo multū vtitur. ſperma quocq;, atq; lac deſiccat:
ori tamē ſtomachi cōfert: corroborat enim ipſum: atq; cor-
di auxiliatur. Raſis. iij. Almanſoris ca. xviij. Et ꝗ de minu
to loquatur, apparet ex eo: ꝗ dixit, lac deſiccat: & ſtomacho
cōfert: cuius oppoſitum facit maius baſilicon. Galenus. iij.
alimentorum cap. liij. ait. Licet baſilicone vtantur multi: cū
oleo & garo ipſum offerentes: peſſimi tamen chimi eſt.

¶De Borragine, Blite, & Bugloſſa. Cap. VI.

BOrrago calida eſt & humida in primo gradu. ha
bet proprietatē lætitiam generādi: ſi in vino miſ-
ſa potetur. cor etiā cōfortat. proinde antiqui mi-
ſcebāt eā medicinis cardiacę paſſioni valētibus.
Iſaac in dietis particularibus. Virtutem habet generādi bo-
nos hūores: & valet (vt vult Diaſcorides) cōualeſcētibus: &
ſyncopizātibꝰ: cardiacis: & melācholicis: comeſta cū carnibꝰ

¶Bleta, blitis, ſiue ſicla, vt Raſis inquit in. xxij. continētis/
cap. ccccxxvj. Diaſcoridis auctoritate/duas habet ſpecies.
quædam enim eſt nigra: quę ex vehementi viriditate ipſius
declinat ad nigredinem: & hæc conſtipat ventrem. Sed ſpe
cies alia: quæ eſt alba: laxat ventrē: & ſpecies vtraq; eſt mali
ſucci ex parte nitrea: quæ eſt in eis. Ideo ſuccus eius mundi
ficat quoties imponit in naribus. In bletis ſunt vires baura
chiæ: ideo excitant ventrē: & pungunt inteſtina. ideo nocēt
ſtomacho: & nutrimētū ipſarū eſt modicū. calida eſt, & ſicca
in primo: & humor generatus ex eis non eſt laudabilis.

¶ Alimētum ex bleta modicum eſt: ſicut ab alijs holerib⁹: magis tamen idonea eſt, q̄ malua, ad oppilationes hepatis. adhuc autem magis: quādo cum ſinapio, aut omnino cum aceto comeditur: & ſpleneticis eodem modo fit bona medicina, Merito quis dicet ipſam medicinam magis q̄ alimētū quādo ſic comeditur. Galenus.ij. alimentorum cap.xlj.

¶ Super bugloſſam vero ſis audax: & nō timeas malitiam eius: & vtere ea cū oi qđ in potu tribuis: & in cibo das. etē iā cucurrit cōſuetudo vt in potu tribuatur: & ſimiliter aqua ei⁹ diſtillata. Auicēna ī prima.iij. cap.iiij. In tractatu quoqꝫ de virib⁹ cordis dixit: ꝙ cor cōfortat. poſſumus igiť ſecure borragine, & bugloſſa in ſalatitijs vti cum lactuca & alijs.

¶ De C litera.

¶ De ſpeciebus Caulium. Cap.VII.

NAtura caulis frigida eſt, & ſicca in primo gradu: ideo turbidū & melancholicū ſanguinē generat, horribilē odorē dātē. Aeſtiuales eni vſtionē generāt: ſanguinē cholerę vſq; vicinū: qđ eorū acumē mōſtrat. ꝓinde ſunt colatiui: & mūdificatiui. Hyemales vero tāti acuminis nō ſunt: ſed vis eorū vētrē humectat: & vrinā ꝓuocat. Et vt ab eorū nocumēto tēperenť, elixenť: & aqua prima proiecta, ī alia aqua coquanť cum pinguiſſima carne pecudis: vel ſuis: & cōdianť coriandro: pipere: & cimino: & allio, & eſui donenť. Hali.v. Theoricæ cap.xvj.

¶ Nutrimentū caulū eſt paruū: & humidius nutrimēto lentiū: & ſanguis ei⁹ eſt malus. Cū ergo coquiť cū carne pingui & gallinis fit bon⁹ parū. Et eſt malus ſtomacho: & eſt tardæ digeſtiōis: eſt groſſi nutrimēti ingroſſans ſanguinem: & inflat vſqꝫ ad partes furculæ: & lateris: & facit doloroſum corpus. Auicēna.ij. canonis.ca.cxliij.

¶ Caules ſunt frigidi, & ſicci: & ideo neceſſario generāt humorem melancholicum. Auerrois.v. Colliget. Raſis tamē in.xxiij. continentis capite.cccccclxxxiij. auctoritate Bimmaſui ſic inquit. Caulis calidus eſt & ſiccus in primo. Et

naſcens in ęſtate: malus eſt ſtomacho: cum eo qd̄ eſt i eo de acuitate. Elixus nō bene, & comeſtus laxat ventrē: tū bene, & proprie elixus cū duabus aquis retinet ventres.

¶ De E litera.

¶ De Endiuia. Cap. VIII.

E Ndiuia duplex eſt/domeſtica/& ſylueſtris. Domeſtica diuerſæ eſt virtutis. Habet eñi amaritudinē: pōticitatē: & inſipiditatē. Quæ iterū in duas partes diuidit. Eſt eñi hyemalis: & æſtiualis. Hyemalis aūt inſipida eſt propter ſuæ amaritudinis paucitatē: & inſipiditas eius propter tēporis frigiditatē, & humiditatē. Vnde frigida eſt in fine primi gradus. alij dicunt in principio ſecūdi. & quidam dicunt eam eſſe humidā: qd̄ ſenſui non apparet. Eſt autē ſiccitas palam propter amaritudinē ſuiq; pōticitatē. Aeſtiuæ autē amaritudo eſt maior: & minoris frigiditatis. Frigida eñi eſt in prio gradu: & ſicca in medio eiuſdem. proinde peiorem generat ſanguinem q̄ lactuca: & deteriorem. Iſaac in particularibus diætis.

¶ Endiuia i via medicinę multū cōmendatur: ſed modicū admodū in via nutrimēti. Vñ Auicēna in ſecundo canonis cap. ccxxxij. ſic ſcribit. Ambę ſpecies vincūt lactucā i operādo: & in pſtando iuuamētū oppilatiōi hepatis: q̄uis minoreni ab ea in cōfortādo: & in extinguēdo: & magis iuuatiua ex eis hepati ē illa q̄ eſt magis amara, ſcilicet cicorea. Natura eñi endiuię frigida ē in prio: & ſicca in fine ei⁹. Et hortulana eſt frigidior: & hūidior. & opatiōes ſunt: qa aperit oppilatiōes hepatis: & venarū & viſcerū oīm; ſedat nauſeā: & excitationē cholerę: & cōfortat ſtomachum calidū. & ſylueſtris melior ē ſtomacho: & dicit q̄ ē cōueniēs oppilatiōi hepatis.

¶ De Eruca. Cap. IX.

E Ruca calida eſt. quæ iflatiua exiſtēs capitis creat dolorem: tardeq; digeritur: ſed virgam erigere facit. Raſis. iij. Almāſoris cap. xviij. Et in lib. xxj. cōtinentis cap. cxc. dicit auctoritate Diaſcoridis.

Eruca excitat appetitũ coitus:prouocat vrinã:procurat digeſtionem:& laxat ventrẽ:& eſt calida in ſecũdo:& humida in primo.& quia eſt eius caliditas maior ſua humiditate,eſt generatiua vẽtoſitatis:addit ad coitũ:facit erigere virgã:& cũ comeditur ſola inducit ſodã:& qui vtitur ea,comedat cũ ipſa lactucas:ſcariolas:& portulacas.Et de ꝓprietate erucæ eſt,prouocare vrinã:laxare ventrẽ:ꝓcurare digeſtionẽ:& tenere inſtrumentum virgę erectum.

¶Eruca calida eſt ĩ tertio:& humida ĩ primo:ſubtiliat ſperma:generat coitũ:excitat appetitũ:dolorẽ capitis facit. Hali.v.Theoricæ cap.xvj.Aliqui tamen aliter graduãt: nam calida in ſecundo:& humida in primo exiſtit.

¶De F litera.

¶De fœniculo. Cap.X.

FOeniculus domeſtic⁹ calidus eſt ĩ medio ſecũdi gradus & ſiccus in medio primi.inobediẽs digeſtioni:ſed tamen ſecundũ medicinã valet ad diuturnas febres,& ꝓuocationẽ vrinę.Iſaac in particularibus dię̃tis.Et Auicenna in.ij.canonis ca.cclxxviij. ſic ait de ipſo.Natura ſylueſtris eſt vehementioris caliditatis,& ſiccitatis:& eſt dign⁹ tertio.hortulani autem caliditas eſt in ſecundo:aperit oppilatiões:acuit viſum.Et Democritus quidem exiſtimauit,ꝙ venenoſi vermes paſcũt fœniculi recentis ſemen:vt eorum viſus cõfortetur:& viperæ & ſerpentes fricant oculos ſuos quando egrediũtur de cauernis ſuis poſt hyemẽ,ſuper ipſum:vt illuminentur oculi eorũ.Et humidus comeſtus facit exuberare lac:verũtamẽ ei⁹ digeſtio eſt tarda:& ipſius nutrimentũ eſt malum.

¶Fœniculus ſecundum Auerroim in.v.colliget,calidus eſt in tertio gradu:& ſiccus in ſecũdo:& propter hoc prouocat lac:vrinam:& menſtrua:& confert oculis.Raſis autem in.xxij.cõtinentis ca.cccxlvj.dicit auctoritate Diaſcoridis ꝙ fœnicul⁹ auget lac.Et auctoritate Galeni dixit:ꝙ aqua hortenſium fœniculorũ calefacit violenter:ita ꝙ poteſt po

ni in tertio:ſed deſiccat in primo:ideo generat lac. Et ꝑ hoc ſaluat̃ Auerrois qui in tertio gradu caliditatis poſuit ip̃m.

¶De H litera.

¶De Hyſſopo. Cap.XI.

HYſſopꝰ vim habet calefaciẽdi, attenuandiqꝫ. decocta cũ ficubus:& melle:& rhuta:& aqua:& pota:pneumaticis ſuccurrit:aſthmaticis:tuſſi veteri:diſtillationi.lũbricoſqꝫ perimit.cũ melle mixta idem pręſtat.Manditur cum viridibus ficubus ad aluũ ſubducẽdũ.ſi admiſceatur cardamomo, vel iridi, vehemẽtiſſime purgat:& colorẽ efficit ꝓbatũ. Si fiat ex ea cataplaſma cũ ficu & nitro, ſpleni & aquę ĩtercuti cũ vino ſuccurrit:& anginis decoctio ducta in gargariſmũ.cocta cum aceto, laborantibꝰ ſuccurrit dentibꝰ ex dolore:vel cõcuſſu. Calidus autem,& ſiccus in tertio:ſi Auerroi credamus.

¶De I litera.

¶De Intybo. Cap.XII.

INtybum frigidũ,& humidũ in primo gradu:cõfert ſtomacho:& cum aceto coctum vſu vẽtrem citat:habetqꝫ vim oppilationem magis dimouẽdi:q̃ vllum aliud holerũ genus.ſanguinis feruorem mitigat:diſtrahit ex iecinore inflãmationes:arquatiſqꝫ medetur:& ſua quadã proprietate iecur confirmat. Somnũ adducit mediocrem. Ferũt quidã poſt ſanguinis detractionem,ſiue ex venis ſiue ex cucurbitulis,cũ aceto ante cibum mãſum iecoris cuſtodire ſanitatẽ. veneris diſtinet appetitũ ſemenqꝫ minuit frigidam habentibus cõplexionẽ. prodeſt aduerſum ſanguinis exputationem. huiꝰ ius admodũ iecori vtile. Semen ſuccurrit ęſtibus qui ſunt ex flaua bile.at lienem offendit. Virgiliꝰ.iiij.georgicorũ Intybum nominauit dum ait. Strymonięqꝫ grues:& amaris intyba fibris. Recẽtiores autem Cicoream vocant.

¶De L litera.

¶De Lactuca. Cap.XIII.

LActuca, cum ſit mediocriter frigida, & humida, melior eſt cęteris herbis ad generandũ bonũ ſanguinem in quãtitate, & qualitate: quę ſi non lauet aqua, melior eſt: qm̃ aqua ſuæ frigiditati, & ẽt humiditati prębet augmẽtũ. cito digerit: vrinã prouocat: morſionẽ ſtomachi de cholera rubea ortam extinguit. vnde tuſſim placãs: ſanguinis ebullitionẽ refrigerat: ſomnũ vigilias habentib⁹ pręſtat laudabilẽ: capitis dolorẽ de cholera rubea vel ſanguine factũ amputat: & cocta plus q̃ cruda eſui conueniẽs. lac augmẽtat ꝑpter bonitatẽ ſanguinis quẽ generat in qualitate: quãtitate: & perfectione. ſed tamẽ cum induratur, & lactis copiam habuerit ei⁹ humiditas minuitur: & fit amari ſaporis. vnde fit apertiua: & ſanguinem generat peſſimũ. Iccirco eam aſſueſcentibus fit nociua: q̃a tenebroſitatem ĩ eorũ oculis facit: & ſpermatis naturam corrũpit. Iſaac in particularibus dietis.

¶ Lactucę cõplexio eſt frigida, & humida in. ij. gradu vltimo: magiſq; reliquis nutrit holeribus: & ſuauioris eſt saporis: & ſanguis qui ab ea generatur laudabilior eſt aliorũ ſanguine holerum. Hali. v. Theoricæ cap. xvj. Q̃d etiam cum eo ſentit Auicẽna. ij. canonis cap. cccclvj. dicens. ꝙ ille qui dixit: ꝙ lactuca ſit frigida ĩ tertio gradu: iudicauit de ipa ꝙ ſit mali nutrimẽti & pauci: & nõ eſt ita: immo videt, ꝙ ipſa ſit in ſecundo. Sanguis vero ex ea generat⁹ eſt melior ſanguine generato ex holeribus: & nutribilior eſt: & illa præſertim, quæ eſt elixata. Et illa q̃ nõ eſt abluta eſt melior. Ablutio enim addit ei inflationem: & ſimiliter omnibus holerib⁹ frigidis.

¶ De M litera.

¶ De Mentha & Meliſſa. Ca. XIIII.

MEntha ſępiſſime in mẽſam venit: ꝑpterea ꝙ oĩbus fere grata, ſuauiſq; cũ ſua aromaticitate exiſtat. Quę ſecũdũ Auerroin in. v. Colliget, calida eſt, & ſicca in ſecũdo gradu: & attingit de tertio.

Et habet amaritudinẽ cum ſtipticitate: cõfortat ſtomachũ=
& mouet coitum. Et vt ſentit Iſaac in particularibus diætis
mentha calida eſt & ſicca in.ij.gradu: habens ponticitatem
& aromaticũ odorem: vnde ſtomachum confortat: appeti=
tum irritat: abominationem de putridis humoribus ampu
tat: & eſui aſſueta coitũ ſuſcitat. mitigat nauſeã phlegmati=
cam. Et ideo dicebat Serapio. Mentha comeditur cum ci=
bis admixta: & eſt bona ſtomacho: & prouocat appetitum
protractum propter ſuam odoriferationem: & aufert faſti
dium: & incitat libidinẽ excitatione pauca. Habet enim vi=
res calefactiuas & deſiccatiuas.

Maiorana calida eſt & ſubtilis: oibꝰ frigidis paſſionibꝰ q̃
in cerebro ſunt ꝓficiẽs. Raſis.iij. Almãſoris ca.xxj. Et i li.
xxiij. cõtinẽtis. ca. ccccccccxix. dixit: ꝙ ipſa calefacit valde.
Et Apozema ipſius bibitur i principio hydropiſis: & valet
difficultati mingẽdi: & tortioni: ꝓuocat mẽſtrua: cõfert do=
lorib⁹ frigidis, & humidis: & dolori capitj ex phlegmate. Et
Auicẽna in.ij. canonis ca. cccclxxxj. dixit ꝙ ipſa eſt ſubti=
lis: reſolutiua: aptiua cũ fortitudine: aperiẽs oppilationes ce
rebri & conferens hemicraneę: & ſodę: & humiditati: & ven
toſitatibus groſſis: & dolori auris.

Meliſſa calida eſt: quę ſubtiliatiua exiſtens cordis patiẽti
bus tremorẽ congruit: atq; inflationẽ faciens virgam erigit
deſyderiũ comedendi tribuit: vomitũq; aufert & ſingultũ.
Raſis.iij. Almãſoris cap.xviij. Et vt graduant ipſam noui
tij, calida eſt & ſicca in ſecundo. Et confert omnibus ęgritu
dinibus phlegmaticis: & melancholicis. efficit oris odorem
bonum: & remouet fœtorẽ eius: lętificatiua eſt & cõfortati=
ua cordis: iuuat digeſtionem: & confert ſingultui.

De N litera.

De Naſturtio. Cap.XV.

NAſturtium calidũ eſt & ſiccũ ad tertiũ perueniẽs
gradũ: mundificat pulmonẽ: & cõfert aſthmati:
calefacit ſtomachũ, & hepar: & confert groſſitiei

ſplenis:& eſt malum ſtomacho propter vehemẽtiam mordicationis ſuæ:licet ipſum faciat appetitum.augmentũ efficit in coitu. Auicẽna in.ij.canonis cap.cccccxvj.

¶Omnes ſpecies naſturtij calidę ſunt:acutę:& nociuę ſtomacho:ventrem laxant:expellunt lumbricos:& diſſoluũt apoſtemata ſplenis.Raſis.xxiij.continentis cap.ccxix. Et poſtremo dixit auctoritate Priſciani ꝙ naſturtium deſiccet putrefactionem corporis:excitet coitum:& inducat appetitum cibi. Verũ quia exceſſiue calidũ eſt:& ſiccum:a cholericis & pcipue in eſtatis tẽpore fugiendũ eſt.Quare phlegmaticis derelinquatur potius mulieribus hyemalibus,& cõgelatis:quibus eius nocumenta parum nocere valent:vt ratio ſumpta a complexione manifeſtiſſime declarat.Calidũ enim eſt,& ſiccum in quarto,vt inquit Auerrois in.v. Colliget.& eius virtus eſt ſimilis ſinapis virtuti.

¶De P litera.

¶De Portulaca:pẽtaphyllone:& petroſelino. Ca.XVI.

Portulaca alterat materias cholericas & illas refrigerat refrigeratione lõginqua a cõplexione ęquali in.iij.gradu:in humiditate vero in.ij.& eſt lubrificatiua,viſcoſa,auferens dẽtium ſtuporem.Galenus lib.vj.de ſimplici medicina.Dicunt quidam cũ Auerroi in.v.colliget,ꝙ frigida ſit in tertio gradu:& humida i ſecundo.cuius tamẽ oppoſitum ſonat Hali.v.Theoricę cap.xvj.Auicenna quoqꝫ in.ij.canonis cap.ccccccxlviij. ſimiliter dixit de eius cõplexione:& ꝙ ipſius nutrimẽtũ ſit paruũ & illaudabile:& eſt reſiſtens choleræ.valde cõfert iflãmationi ſtomachi:& hepati inflãmato:& prohibet vomitũ cholericũ:& debilitat appetitũ:& abſcindit vt plurimũ deſyderiũ coitus.Inquit Rufus de ea: ꝙ infrigidat corpꝰ:debilitat viſum:& amputat deſyderium coitus.

¶Pentaphyllõ licet a pleriſqꝫ in ſalatitijs aſſumatur, nullã tamen ad nutrimentum eius inuenio vtilitatem:ſed tãtum ad medicinã.cum dicat Auicenna.ij.canonis cap.ccccclix.

ꝙ ipſum ſit fortis exiccationis ſine acuitate:& aduſtione:& mordicatione.& quia eſt fortis exiccationis/ad nutrimentũ nequaꝗ̃ conuenire videtur:ideo prætermittamus.

¶Petroſelinum calidum eſt & ſiccum in fine tertij gradus ideoqꝫ diureticum eſt:& incidens:vrinã prouocans.

¶De R litera.

¶De Rhuta & Roremarino. Cap.XVII.

RHuta calida eſt & ſicca:quę ſubtiliat:atqꝫ vẽtoſitatẽ & inflationẽ diſſoluit.Raſis.iij.Almanſoris ca.xviij.i li.quoqꝫ.xxij.cõtinẽtis ca.ccccxxxv. dixit auctoritate Galeni inter alia:ꝙ ſi folia eius ſumantur per ſe tantum:aut cum ficubꝰ ſiccis: mire irritat malitiam venereorum mortiferorũ:& ſi comeditur/incidit ſperma:& quia eſt tenuis,diſſoluit iflationẽ.ideo eſt vtilior alijs ad vẽtoſitates:& prohibet appetitũ coitꝰ:& diſſoluit & deſiccat vehemẽter:quia eſt fortis deſiccatiõis:& impoſita oculis viſum acuit:prouocat mẽſtrua:dolorẽ infert capitis cõſtipat vẽtrẽ:corrũpit ſperma:& deſiccat:& humores adurit:& plurimũ ſanguinis in cholerã cõuertit.Et ideo tãꝗ̃ inimica fugiẽda eſt in via nutrimẽti.Et dũ humida exiſtit,calida eſt & ſicca in.ij.Sicca vero in.iij.Et ſylueſtris in.iiij.

¶Roſmarinus calidus,& ſiccus in.iij.gradu:vt Serapio iquit.Et propterea ad plures valet infirmitates:vt Raſis ait i.xxiij.cõtinẽtis cap.cccccxliiij.auctoritate Diaſcoridis.& inter cętera dixit:ꝙ oẽs ſpecies eius cum melle in oculis poſitæ acuunt viſum.Ad plura quoqꝫ alia confert.Quę quia p̄ſentis nõ ſunt ꝓpoſiti:dimittimus.

¶De S litera.

¶De Spinachijs:Sparagine:Saluia:& Sinapi. Ca.xviij.

SPinachię valde ſunt bonę:& tẽperatę:valẽt gutturi,& pulmoni,& ſtomacho:& humectãt vẽtrẽ & ſunt in.ij.gradu frigidę,& humidæ. Auerrois in.v.colliget.Et ſibiipſi videtur cõtradicere:aut litera eſt corrupta.Quomodo ſunt tẽperatæ ſi frigidę ſunt

& humidæ i ſecũdo:Et ideo ſaluãdo eũ dicere poſſum⁹ ꝙ delẽdũ eſt ly frigidę.vñ Haliabbas.v.theoricę dixit. Spinachia i calore & frigore tẽperata eſt:ſed humectat. Et ſil'r dixit Auicẽna i.ij.canõis ca.cccccclxxx. Natura eaꝝ tẽpate frigida eſt:& hũida i fine primi:& ſunt lenificatiuæ:& nutrimẽtũ earũ meli⁹ eſt nutrimẽto chryſolocãnę:& i ipſis ẽ virt⁹ abſtergẽdi limatiua:& vincũt choleram.& fortaſſis refugit ſtomach⁹ a iure earũ:ergo auferãtur a iure ſuo:& comedantur:& cõferũt pectori,& pulmoni calido.Raſis.iij. Almãſoris ca.xviij.dicit. Spinachię ſũt tẽperatę,ꝙ gutturi,atq; pulmoni,necnõ ſtomacho,& hepati cõgruẽtes ſunt. vẽtrem leniũt.Quarũ nutrimẽtũ bonũ exiſtit:& optimũ. Iſaac i particularib⁹ diętis de ipſis ita ſcribit. Spinachia:frigida & humida eſt in prĩo gradu:vẽtrẽ humectat:& gulę de ſanguine et cholera rubea dolẽti valet.Quare nõ debem⁹ eas deſpicere:cũ bonũ ſit earũ nutrimẽtũ:licet paruũ:ſicut & aliorũ holerũ.vñ Auicẽna.iiij.j.cap.j.Nutriẽs qñq; eſt multę quãtitatis:et pauci nutrimẽti:ſicut holera,& fructus &c.

¶ Via medicinæ ſparagos approbam⁹:via autẽ nutrimẽti nequaq̃.Quoniã oĩa talia per aquã elixata cũ oleo, & garo offerent/modicũ aceti ſupinfundendo. delectabiliora ei ſic et meliora ſtomacho fiũt.alimẽtũ vero corpi dant paucũ:& nõ boni chimi.Ex Galeno.ij.Alimẽtorũ ca.lv.Et Iſaac ẽt in particularib⁹ diætis dixit. Sparagus calidus eſt & humidus in prĩo gradu.ꝙ domeſtic⁹:et ſylueſtris exiſtit. Domeſticus tẽperatior eſt:& cæteris nobilior:proinde ſperma augmentat:ſtomacho cõuenit:vrinã ꝓuocat. Sylueſtris vero calidior,& ſiccior:ideoq; plus colatiuus.Et qdã dicunt ſparagũ coit⁹ eſſe augmẽtatiuũ:qđ Diaſcorides negat. Raſis quoq; in.xxj.cõtinẽtis cap.lxxxvij.auctoritate Galeni dicit de ipſis,ꝙ valent ad oppilationes renũ.& in.iij. Almanſoris.ꝙ calidi ſint,& humidi:ſpermati augmẽtũ tribuẽtes: ſtomacho nõ ſunt cõgrui,immo nauſeam qñq; faciunt.

¶ Saluia habet manifeſtã caliditatẽ cũ ſtipticitate puſilla.

vbi aũt hoc dixerit Gale, nullus expreſſit. Nos aũt dicim⁹:
ꝙ in, vj, de ſimplicib⁹ medicinis ca, cxxiiij. Sed ſi marma-
cora ſit ſaluia: vt aliquibus placuit: dicẽdũ erit cũ Auicẽna
in.ij.canonis capit.ccccclxxiij.ꝙ ipſa ſit calidior maiorana:
& fortior & calida in.iij.& ſicca in.ij.& ſit ſubtilis: reſolutiua
ſedatiua vẽtoſitatũ: aptiua oppilationũ phlegmaticarũ vbi
ſunt, cur⁹ odoratus vltime facit ſoda. cõfortat ſtomachũ: &
aperit oppilatiões viſcerũ: & deſiccat humiditatẽ ſtomachi
& cõfortat inteſtina, Pauli quoq; auctoritate dicitur: ꝙ con-
fert paralyticis. Et potius eſt dicenda medicina: q̃ cibus.

¶ Sinapis natura videtur eſſe calida & ſicca vſq; ad quartũ
gradum: vt voluit Auicẽna in, ij. canonis cap. ccccccxcvj.
Et ꝓpterea icidit phlegma: & cõfert dolori iũcturarũ: & ſcia
ticę: & mundificat humiditates quę ſunt in capite: & ſi biba
tur cũ aqua mellis, aufert aſperitatẽ antiquã quæ eſt in cãna
pulmonis, extenuat ſplenẽ: facit ſitim: & facit deſyderiũ coi
tus. Et (vt placuit Iſaac) calida eſt & ſicca in medio q̃rti gra
dus. humiditatẽ capitis & ſtomachi deſiccat: & ſemẽ ei⁹ tri-
tum diſtẽperatũ cũ vino facit bonũ ſtomachũ: ſi ieiuno ſto
macho accipiatur: & excitat coitũ. Ex his ergo apparet ꝙ
plus medicinę nomẽ: q̃ cibi ſibi vendicauerit.

¶ Pars Secũda libri Tertij De natura Radicum.

¶ De Radicibus in diuerſum. Cap. I.

HOlerũ hærbarũq; vim naturãq; eorũ:
quæ maxime vſu peritiſſimorũ, medi
corũq; experientia cognita ſunt: in ſu
periore parte dixim⁹ ſuggerẽte nobis
quæ diceremus, oia amœniſſimo / infi
nitoq; diuinę bonitatis fonte: vt poſtu
lãti nulli vnq̃ defuit mortaliũ: nũc pa-
riter eodẽ pectus nr̃m irrigãte, Radicũ
vim medicã: & inſalubrẽ aperiem⁹. Queadmodũ ſupra nõ
carnium modo vim: ſed etiam partium animalium: & ho-
lerum: reliquorũq; naturam duximus recenſendam: ita ra-

dicum medicamina dicturi:non ſolida modo attingemus: ſed quęcũq; in ipſis continenẗ:pituitã:biles duas: & id gen⁹ alia. Radices dicunẗ q; ſępenũero effoſſa parũper terra ra dunẗ:vt arbores meli⁹ fruticeſcant. A radix radico deduci tur:qđ eſt radicem facio:aut radicem capio. Plinius. Cum pali defixi radices cepiſſent.

¶Problemata.

¶Cur plantarum acrium ſemina acriora ſunt:q̃ radices,& folia? An q; ſemine omnia oriunẗ:inq; cæteras omnes par tes ex eo veluti fonte quodam, vt quidam aiunt,& ſapores & odores deriuari neceſſe eſt. Nam etiã odores omniũ vna cum ſeminibus eſſe ſuaues incipiunt. Q; ſi acritudo cęteris ex ſemine proficiſci ſolita eſt:ſemen ipſum maxime eſſe tą le ratio exigit.

¶Cur tenues radiculæ acriores ſunt? An q; ampliores illæ ſpatio temporis longiori plenius concoctæ miteſcunt?

¶Cur allia,& cepe ſolę ex plantis recõditę germinare poſ ſunt? An q; humore,alimẽtoq; ſunt refertę. Copia igiẗ ali mẽti eſt:q; germẽ efficere queat. Idq; conſtat:argumentoq; eſt ſquillarum:tũ etiã bulborum: qui idem facere poſſunt. creſcere autẽ quidq; ſolet:cum tempus venerit.

¶De Radicibus in vniuerſum.

Collectiones.

¶Radices holerum omnes quidẽ, vt ita dicatur, ſuperflui cæ ſunt. vniuerſas qdẽ radices vt diſdigeſtibiles ſuſpectis habendũ:guſtandum autem ſolas calidas:& acres:ſicut & allij:& ceparum:& raphanides:& has vt pharmacũ magis: q̃ cibum. Galenus in lib. de ſubtiliãte dięta. capi. ix.

¶Radices indigeſtibiles ſunt,& turbatiuæ. dico autem ra phanidas:allia:cepe:napi:& omne tale genus. Q uorũcũq; eñ radix & qđ ſecundũ terram natum, beſibile eſt. hęc autẽ omnia in indigeſtibilem ſpeciem ſeparanẗ. Accidit eñ ali menta ex radicibus emitti omnibus partibus naſcentium. colligunt eñ in ſeipſis humiditatẽ multã radices:& hanc in

digeſtam habentes plurimam:non enim contingit digeſtā
eſſe oēm.Q đ enim digeſtū:videtur eſſe perfectum:qđ au-
tem in radicibus humidum,alibi aſſumere finē digeſtionis
diſtributū ad partes naſcentis. omnia eñi a radice nutriunt
ꝑpter qđ quidē neceſſarium indigeſtas ibi humiditates eē.
Collectæ eñi hic expectant finē ſuperioris digeſtiōis.Qua-
re in radicibus rationabileq; illaboratas eſſe plurimas humidi
tates.Veriſimile igit̄ & noſtris corpibus ab his alimentū hu
midū derelinqui:& turbatiuū.Hæc fuit Mneſithei ſentētia
q̄ etſi vniuerſaliter a Galeno nō approbet̄,in pluribus tamē
verificatur:vt ratio per ipſum adducta demonſtrat.

¶De Allio. Cap.II.

ALlium habet virtutē calefaciēdi:& diſſoluēdi vē
toſitates,& inflationē ventris:deſiccat hūiditatē
ſtomachi:prouocat ſitim:& ei⁹ vſus expellit cu-
curbitinos:& prouocat vrinā:& eius eſus cōfert
morſui canis rabioſi:& eſt bonū mutationi aquarū & nocu
mēto inducto ex eis.Et comeſtum crudum,vel coctū clari
ficat vocē:& mitigat tuſſim chronicā.Allia incidūt humo-
res groſſos & viſcoſos:& nocent oculorum tunicis:& eorū
humoribus:& reddunt viſum turbidum:nocent etiam au-
ribus:capiti:& pulmoni & renib⁹:& ſi in aliquo membro eſt
morbus mouet & excitat in eo dolorem.Raſis.xxj.cōtinē-
tis capit.clxxx.Et dixit auctoritate filij Meſue.Allium eſt
calidum in.iiij.diſſoluit phlegma ſalſum,generatum in ſto
macho:& de ſui proprietate calefacit ſtomachum frigidū
& humidum:& valet contra dolorem inteſtinorū abſq; fe-
bre.Et inueni ꝙ eſt bonū vlceribus pulmonis valde.valet
etiā cōtra obliuionē:aſthma:tuſſim.multiplicat ſperma:no
cet autem hęmorrhoidibus:teneſmoni:fluxui ventris:ſcro
phulis & habentibus ethicam:prægnantibus & nutricibus.
Ex his omnibus poſſumus concludere:ꝙ allia via cibi nō
conueniant:& pręcipue calidas habentibus complexiones
licet via medicinæ quandoq; in hyeme.

¶De Scalonia,ſeu Bulbo,& Cepe. Cap.III.

BVlbus dicitur cepe ſine tunicis:in cuius ſapore ē amaritudo cū ſtipticitate:& virt⁹ ei⁹ prima deſiccat:& abſtergit:& icuruat:& quādo comedit̄ generat humores viſcoſos:groſſos:& malos:quia eſt difficilis digeſtionis:& inflatiuus exiſtēs/ſtimulat comedentē ipſum ad coitū.Rubens autē eſt bonus ſtomacho:& amar⁹ eſt melior dulci:quia facit digeri cibū.& oēs ſpecies bulbi ſunt calidæ & acutę excitātes libidinē:calefaciētes linguā:& nutriūt multū:& ī carne faciūt augmētū: verū generāt inflationē.Oportet vt fugiat̄ nimi⁹ vſus eoꝝ:quia ſunt nociui neruis.Serapio.Auicēna.ij.canonis dicit ꝙ bulbus eſt cepe qđ comeditur paruū ſimile cepe narciſſi:cuius natura ꝓpinqua eſt naturę cepe.& fortaſſe eſt ſiccus in primo humiditate ſupflua:& nutrimentum eius non eſt laudabile.

¶Cepe calidum eſt in quarto gradu ſimiliterq; ſiccum:habet tamen humiditatem quādam,& vētoſitatem qua coit⁹ appetitū irritat:ſperma auget:capitis dolorē prouocat. qui id vult comedere,cū aceto ſumat.Hali.v.theoricæ ca.xvij. A quo in graduādo ipſum videtur accepiſſe Auerrois. v. colliget:cū ait.Cepe calidum eſt in.iiij.gradu:& habet groſſam ſubſtantiam.Et ideo quando ponitur in ano aperit orificia venarum:& prouocat ſanguinem hęmorrhoidalem.

¶De natura Enulæ,& Cariotæ. Cap.IIII.

ENula calida ē,& ſicca: q̄ ſtomacho multis humorib⁹ bona exiſtēs,hepatꝭ ac ſplenis aperit oppilationē.Q ui aūt ex ea multā comedit quātitatē,ſāguinis patiet̄ corruptionē:ac ſpmatis icurret minorationē.Raſis.iij.Almanſoris ca.xviij.Et ī.xxij.cōtinētis capi.cccxxxij.ſic inquit.Enula eſt calida & ſicca ī medio gradus tertij:& in ea eſt humiditas ſuperflua:& cōfert doloribus antiq̄s,& frigidis.Sed abūdās abſumptio eius infert

dolorē capitis ex abūdātia vaporis ipſi⁹.& q̄a calida eſt cō‑
fortat veſicā:& ꝓhibet diſtillationē vrinæ accidentē ex fri‑
gore:& tardat in ſtomacho ex groſſitudine ipſius.& ſi cōdit
cū aceto, eſt minoris caloris & minoris nocumēti in calidis
pſonis:& pcipue ſi bñ lauet cū aqua dulci. Valet aūt ad tuſ‑
ſim:& coarctationē anhelitus:qñ cū melle permiſcetur.
¶De radice Carotę ſiue dauci nō reperi de ipſa diſtinctam
a Paſtinaca determinationem:ſed ſemper ſimul de eis locu
ti ſunt:quia fere eiuſdem ſunt virtutis.& eſt paſtinaca agre
ſtis,cuius ſemē ſecūdū Theodoricū Priſcianum eſt careos.
De ipſa dicit Galenus in li.de ſubtiliante diæta.cap.ix.Ad
pſentia radices dauci & carioti nil habent nociuū:ſicut neq;
idoneum.Radix ei⁹ aliquid ventoſitatis habet:& libidino‑
ſitatis:& calefacit in medio.ij.gradus:& humectat in prio.
indigeſtibilitas ipſis ineſt:vrinatiuæ autem ſunt:& ſi abun‑
dat aliquis ipſarum vſu,mali chimi mediocriter ſunt. Me
lioris aūt chimi q̄ cariotę:q̄ quę paſtinacę. Ex qb⁹ eliciam⁹
ꝙ frequentatæ minime ſunt laudabiles.

¶De Napis,& Paſtinacis. Cap.V.

ALimentū naporum melius eſt q̄ raparū:& ma‑
gis pectori iuuās. verūtamen groſſum eſt: vt ra
parū nutrimentū.Gale.ij.de alimētis ca.lix.Et
Hali.v.Theoricæ cap.xvij.ait. Selgeniū (& eſt
napum)calidum eſt:& humidum.In quo eſt groſſities:& in
flatio:ideoq; plurimo nutrit cibo:ſperma auget:& in eo eſt
virtus ſubtilians:qua vrinā prouocat. Ex quibus apparet:
ꝙ q̄ ſimillimi ſint rapis:vt q ſpecies ſint earū. Napi(vt īq̄t
Raſis.iij.Almanſoris)calidi ſunt,& humidi:qui inflationē
& crudū generāt phlegma.Renes etiā & dorſum calefaciūt
ſperma quoq; acuunt:atq; gutturis,& pectoris lenitatē effi‑
ciunt:bonumq; viſum faciunt. Dicit Raſis in aphoriſmis
ꝙ ſunt cibus cōueniens:q̄d videtur falſum,& in dictis eius

videt cõtradictio.ſi eñ generãt phlegma crudũ quõ ſũt ci bus couẽnieñs? Sed credo q aphoriſm⁹ hʒ literã corruptã.

¶Paſtinaca inflatiua eſt & digeſtioni inobediẽs: venerẽ ir ritat & puocat vrinã.Hali.v. Theoricę cap.xvij. Et Iſaac in particularibus diętis dicit.Bancia calida eſt in medio.ij. gradus:& humida in pricipio primi.q̃ duri,groſſiqʒ nutri mẽti eſt:& min⁹ q̃ rapa nutrit: & habet quiddã acuminis: vnde eſt extenuatiua: & diaphoreſin faciẽs. vrinã & men ſtrua puocat: habet etiã aliquãtulũ inflatiõis: vnde coitus eſt iuuatiua. quæ aſſuefacta illaudabilẽ generat ſanguinẽ. & ſylueſtris nõ inflat oĩno:& puocat vtrũqʒ magis q̃ hor tulana:& eſt difficilis digeſtionis:& minus nutritiua rapis: & nimius eſus eius generat malum chimũ.

¶De porris. Cap.VI.

POrrum calidũ eſt,& ſiccũ:qđ licet appetitui au xiliũ tribuat:caput tñ dolere facit:ſomniaqʒ ma la demõſtrat: atqʒ his q cephaleã pati ſoliti ſũt et q a calore lędunt̃,malũ exiſtit. Raſis.3. Almã ſoris ca.xviij. Et in.xxij.cõtinẽtis ca.cccccclxxxiiij.dixit auctoritate Diaſcoridis:porrũ hortẽſe inflat:& eſt mali chi mi:& ex eo accidũt ſomnia mala: puocat vrinã,lenit ven trẽ,viſum attenuat,affert caliginẽ oculis, puocat mẽſtrua, & nocet veſicę hulceratę.incitat coitũ:& coctũ cũ melle aſ ſumptũ mũdificat canalẽ pulmonis. & frequẽs comeſtio ei⁹ obſcurat viſum:& eſt malũ ſtomacho:& eſt modici nu trimẽti:inferẽs dolorẽ capitis: corrũpit dẽtes,& gingiuas.

¶De rapis. Cap.VII.

RApa calida eſt ĩ ſcđo gradu:& humida in prĩo. multũ plus cęteris nutrit: dure tñ digerit̃:mollẽ et iflatiuã facit carnẽ. pinde ſui vẽtoſitate,& in flatione coitũ incitat.quę ſi in aqua coquat̃:& il la eiecta in alia recoquat̃:duritiæ ſuę ſubſtãtia tẽperatur:& mediocriter ĩter bonũ & malũ nutrit.Q uę autẽ nõ bene co cta fuerit:digerit̃ difficile: ventoſitatẽ generat: & in venis

& poris oppilationẽ facit. Iſaac in particularib⁹ diętis. Et Auerrois.v.Colliget,dicit. Rapę calidæ ſunt/& humidæ: generant vẽtoſitatẽ/mouẽt coitũ/eo q̃ renes calefaciũt:& habent mirabilẽ proprietatẽ ad illuminandũ oculos.

¶De Raphano. Cap.VIII.

RAphanus paſſiões facit/& turbatiões:eo q̃ eructationẽ generat,fœtidã:ideoq; qui vomiturus eſt/eo vtitur:cib⁹ eñ malus eſt/& groſſus: digeſtionis tardę:difficile a ſtomacho deſcẽdit.Quidam aiũt digeſtionem adiuuare:ſed ecõtra eſt rem inuenire:neq; eñ digerit:quãto min⁹ ipſe digerit? Hali.v.Theoricę cap.xvij.Et vt Raſis in.iij. Almanſoris cap.xviij.inquit. Raphanus calidus eſt/& groſſus:qui in ſtomacho lõgam faciens morã phlegma incidit:atq; cibũ ad os eleuat ſtomachi.vomitũ quoq; mouet. cuius folia cibũ digerũt: & appetitiuã adiuuãt quando ex eis parũ ſumit.Idẽ.xxij. continẽtis.Radix raphani generat ventoſitatẽ:& eſt mala ſtomacho/multiplicat eructationẽ/& prouocat vrinã/& calefacit:& ſi comedit ante cibũ/ ſupernatat cũ cibo & ſubleuat illum ad ſuperiora ſtomachi:& non dimittit quieſcere & ſi comeditur poſt cibum lenit ventrem: & ſubuenit ſup penetrationem nutrimenti.

¶Pars Tertia libri Tertij De Seminibus.

¶De ſeminibus quæ pro ferculis accipiuntur/in vniuerſum. Cap.I.

QVæ ſint radicũ partes/& holera/& ſura/dictũ eſt hacten⁹.Nũc reliqua medicamina pſequamur:q̃ ſunt terrę ſemina/& q̃ legumina/q̃ p ferculis accipiunt.Quę vero memoratu tũ odioſa/tũ ſcelesta putam⁹/omittemus: in hac pte Xenocratis doctrinã ęmulari/haudq̃q̃ bonũ exiſtimãtes: ne nõ

tã effugere mala:q̃ docere velle videamur. A nr̃o nãq; in ſtruto:qđ eſt bona amãdi,& fugiẽdi mala:vtq; oſtẽdam⁹ quot bonis optimi maximiq; dei larga manu cumulatum ſit humanũ,& mortale genus:maxime fuerit alienũ. Vt igitur nulli vſui bono eſſe poſſunt:ita fugiẽda. Excãtamẽta quoq; oĩa,tanq̃ mõtiũ ꝑrupte,inuiſę q; rupes,fugiẽda : ne malorũ dęmonũ reticulis obuoluamur : eorũq; inſidioſis, captioſiſq; tendiculis obligemur:& poſtremo in vitę tam corporis,q̃ aię ꝑducamur,planeq; rapiamur interitũ : ꝑcipue cũ nihil ſit tã arduũ:nihil tã videatur factu impoſſibile:qđ facile ab optimo maximo deo cõſequi animi innocẽtia,ꝑcibuſq; nõ poſſimus.qđ affatim verũ eſſe poſſumus colligere ſi ſanctiſſimoꝝ virorũ admirãda nobiſcũ facinora reputemus.Malorũ itaq; & improbitatis arma relinquẽtes:præcepta quę vſu,& experientia doctiſſimorum virorum vtilia cognita ſunt,memorabimus,ab leguminib⁹ ſumentes initium.

¶Problemata.

¶Cur poti⁹ frumẽti ferax eſt pinguis ac ꝓfunda regio, hordei vero leuior terra? Vel ꝙ ſemina valida plus egent nutrimẽti. Imbecilla vero tenue,& leue poſtulant alimẽtũ. Eſt nãq; hordeum imbecillius,& rarius. Vnde neq; multũ affert nutrimentum,& graue:qđ ipſa teſtatur ratio:ꝙ eius granum in arida opertum terra melius exurgit:ꝙ cum ſit min⁹ firmũ,minore egeat alimẽto. Ideo vulgaris illa vox frumentum in lætamine,hordeum in puluere ſerat. ꝙ frumentum denſum & lignoſum melius naſcatur in humido mollitum. Hordeum ob raritatem a principio ariditatẽ appetat: vel ob caliditatem temperamentum minime oblędat mediocre. At hordeum frigidius.

¶Cur omnia odorata ſemina vrinam ciere poſſint? An ꝙ calida & tenuia ſunt:tale autem quodq; vrinam citat. celeriter enim calor inditus ille extenuat. Nec odor ipſe aliqua corpulentia concretus eſt. Nam & quæ non bene olẽt

velut allia,vi ſui caloris vrinã mouent. Vel potius vim re ſoluendi liquefaciẽdiq; obtinẽt.Calida vero ſemina q̃ be ne olent,ideo q᷑ odor om̃ino calore afficitur:fœtida ſane in cõcoctu ſunt.Nec ſolũ calida:verũetiam plene eſſe con cocta debent:quę prouocatura vrinam ſint:vt vna deſcẽ dendo humores poſſint extenuare.

¶De ſeminibus quę pro ferculis accipiuntur: in vniuerſum collectiones.

¶Granorũ nouorũ ante.vij.mẽſes nutrimẽta groſſa ſũt: & viſcoſa:ad diſſoluẽdũ dura:ſed tamẽ cum bene digeſta ſunt,multũ dant nutrimẽtũ:& tarde diſſolubile a mẽbris. Grana vero inueterata:ſed nõ corrupta : in nutrimẽto ſũt meliora & a mẽbris ad diſſoluẽdũ facilia.ideoq; in ſanitate cuſtodienda meliora ſunt q̃ ad mẽbra cõfortãda.Inuetera ta vero magis q̃ oportet,ſunt illaudabilia.Iſaac in vniuer ſalibus dietis cap.xj.

¶Legumina,& fruct⁹ ſicci ſiue ſemina q̃ comedunt̃ ſi in aqua infuſa nõ eleuabunt̃:& mollia facta nõ fuerint:ſed re tinentia priſtinã duritiẽ:peiora ſunt oĩbus:& ad ſignifica tionẽ,& ad digeſtionẽ.contraria vero oĩbus meliora.Gale nus in lib.de Euchimia & cacochimia.

¶Quæcunq; grana in odore peſſima:vel in ſapore ſunt abominabilia:nutrimenta eorum ſunt abhorrenda. Iſaac in vniuerſalibus dietis cap.xj.

¶De Cicere. Cap.II.

CIcer legumen inflans,nutriens,bonũ aluo,vim mingẽdi excitãs,lac agit,& ſemẽ,& mẽſtruũ:cu ius coctio calculos in renibus atterit. Alterũ ge nus ciceris:qđ cicercula a noſtris:horobia a grę cis:potẽtię cõuellẽdi,diſtrahẽdi,ſecãdi,abſtergẽdi. iõ & lie nem,& iecur,& renes purgant,& ſcabies,& ipetigines abſ tergẽt:& parotidas,& teſticulos obduratos diſſoluunt:nec nõ hulceroſa iã vetuſta cõſuetudine cũ melle curãt. Sed ci cer hulceratã veſicã,& ĩnes offẽdit.auertit malũ m[illegible]tũ ipſi⁹

incoctū ipſi roſmarinū & manſum: vt etiā alliū. Auerrois in.v.colliget dicit. Cicera ſūt tēperate calida,& humida: & habēt inflationē:& ꝑpterea tertia earū opatione habēt generare ſperma,& ꝓuocare vrinā,& mēſtrua:& frāgūt lapidē. ſed hoc faciūt plus nigra,q̄ alba:& ſi comeduntᵉ recentia, generāt in ſtomacho & inteſtinis multas ſupfluitates: & ſunt duriora ad digerēdū:niſi primo eſſent infuſa.& habēt ꝓprietatē faciēdi bonū colorē:& hoc faciūt quia acuūt calorē:ita vt generetᵉ ſpiritus vētoſus: & per hāc viam valent coitui. Sed Hali.v.Theoricę cap.xv.ſic de eis inquit. Cicer calidum eſt & ſiccū:& in eo eſt humiditas quædā, & ventoſitas,& inflatio: vnde & ſperma generat,& coitus appetitum:lac auget &c.

¶De natura fabę. Cap.III.

FAba q̄ recens eſt,& viridis, frigidā habet complexionē,& humidā,phlegma generās. Quę vero ſicca eſt:cōplexio illi frigida inuenitᵉ,& ſicca: vētoſitatē generat:& iflationē plurimā:etſi minorē q̄ recēs. Eſt laudabilior fabę comeſtio ſi corticibꝰ mūdata coquatᵉ donec diſſoluatᵉ:abit ab ea vētoſitas eiꝰ: teratᵉ qꝫ mola diligētiſſime. tūc em̄ minuitᵉ ventoſitas,& inflatio maximeqꝫ,ſi cymini aliqd addideris & darſeni,id eſt cīnamomi piperis. Hali.v.Theoricę ca.xv. Q đ etiā ſentit Almāſor in.iij.cap.ij.dicēs. Fabę tēperamēto ꝓximę exiſtūt: licet frigiditati parūp attineāt:q̄ multū inflātes ſcothomiā generāt:caput ꝓterea grauāt:corpuſqꝫ totū diſſolutū efficiunt.& iō ſolitis pati vētoſitatem ex cholica,vel ex ruptura malę ſunt. virides aūt,humores generāt crudos:& ī ſtomacho,& inteſtinis generāt phlegma:& in ipſis vētoſitatē excitāt.

¶De natura frumēti & ſpeltę. Cap.IIII.

FRumētū coctū in aqua eſt groſſum,viſcoſum, oppilatiuū,& durū digeri plus alia re: & ē valde malū. Auerrois.v.colliget. Raſis aūt.iij. Almāſoris ca.ij.ſic ait, Triticū tēperamēto eſt vicinū

licet caliditati parũ attineat. Q đ autẽ ponderoſius inuenit̃ & ſolidius: maioris eſt nutrimenti. Hominib⁹ quoq; oibus alijs granis magis cõueniẽs, & magis propriũ inuenit̃: ſan guis etiam ex eo generatus omni ſanguine, qui ex alijs ge neratur granis/temperatior exiſtit.

¶ Spelta eſt ꝓpinqua virtuti frumẽti: & eſt media inter ca lidũ & frigidũ. Et aliquod eſt genus habens in caſula vnũ granũ: & aliud habẽs duo: & vocat̃ latine farri. Raſis. xxj. continentis cap. cxciij. Et poſtremo dicit Raſis auctorita te Galeni ſic. Spelta non deſiccat: ſed digeritur ſicut fru= mentum: & generat humorẽ groſſum, & eſt tardi deſcẽſus & multi nutrimenti/ & fortis.

¶ De Faſceolis. Cap. V.

FAſceolus alius albus: cuius cõplexio frigida eſt & ſicca: & alius rubeus: & in eo calor eſt, & infla= tio. niſi qꝫ ei⁹ inflatio minor eſt: q̃ fabarum. Ha= li. v. Theoricę cap. xv. Iſaac quoq; in particula= ribus diętis. Faſceoli calidi ſunt in medio ſecũdi gradus, & humidi in finẽ. hoc aũt teſtatur: qꝫ vt plurimũ non pfe= cte vt grana poſſunt deſiccari. & ſi deſiccentur: non multũ tẽporis ſeruari valent: ideoq; humores gignunt groſſos: inflãt nãq;: vẽtoſitatem fumũq; plurimũ generãt: atq; ca= put implent: ſomnia peſſima, & terribilia faciunt, & corru= pta. Et ipſorũ albi min⁹ calidi, & humidi: vnde eorum nu trimẽtum groſſius eſt/ & ad digerendum durum. humores phlegmaticos faciunt, & groſſos. Attenuare autem volen tes groſſitudinẽ eorum: eos elixent/ & elixatos a corticib⁹ mundent, mundatos cũ ſale/ & oleo/ & pipere comedent. Virides albi ablatis corticibus cũ ſale ſunt aſſumẽdi & ſina pi/ & origano/ & pipere: merum vinum & forte cum eis ac cipiẽtes. Impinguãt corpus: vrinãq;/ ac mẽſtrua prouocãt & ventrem reddunt mollem: & maxime rubei: & capitis ef ficiunt ſcothomiam.

¶ De natura Lentis. Cap. VI.

LEnticulę frigidę ſunt,& ſiccę:& ſanguinē generāt melācholicū,& corp⁹ deſiccāt: ſpma quoq; deſtruūt,atq; ſanguinis extiguūt caliditatē. infrigidāt eīm,atq; oculorū tenebroſitatē,& melācholicas efficiūt ęgritudines:cū aliqs in comeſtione eis frequēter vtitur. Raſis lib.iij. Almāſoris capi.ij. Et vt inquit Auerrois.v.colliget.earū virtutes tres ſunt:qa priuāt coitū,& offuſcāt viſum: & qñ coquūtur in aqua pluries,ſtringūt ventrē. Hali.v.Theoricę cap.xv.ſic ait. Lenticula frigida eſt in ſecūdo gradu,& in tertio ſicca, vnde melancholicū generat ſanguinē: & qui ei⁹ aſſiduus eſt comeſtioni: ſi quidē nigra illi dominaẽ cholera: melācholicos pariet morbos vt elephantiā/maniam/cancrum/& ſimilia.

ℂDe natura Lupinorum. Cap.VII.

LVpinū calidū eſt i primo gradu,& ſiccū in ſecūdo,& eſt cōpreſſę figurę,amari ſaporis pcuſſu; in medio:& eſt faba ęgyptiaca. Ex ſentētia Hali.v.Theoricę cap.xv. Et(vt inqt Galenus) Lupin⁹,a quo extracta eſt amaritudo,eſt groſſus:& nō eſt lōgū quin ſit glutinatiu⁹: & nō remanet i eo abſterſio ei⁹. Et tot⁹ quidē eſt malus, difficilis digeſtiōis, generās humorē crudū in eis:quando nō digerūt ipm bene. Ille vero qui cū bonis cōditus,eſt plurimi nutrimenti. Et quādo eius decoctio fit bona,& digeritur:eſt nō mali humoris:licet in ipſo ſit ſiccitas,& viſcoſitas. Et ipe qdē infunditur: vt ei⁹ amaritudo remoueaẽ:deinde decoquiẽ:& penitus eſt medicinę propinquior:ꝙ alij. Auerrois.v.colliget.cap.de cicenbus, ſic ait. Lupini ſūt ſicci,terreſtres,& amari: & qñ coquunẽ i aqua/donec auferaẽ eorū amaritudo / ſunt cibus tñ durus & qñ comedunẽ amari/occidūt pediculos/& etiā vermes/ qui ſunt i ſtomacho & inteſtinis: & ꝓuocant vrinā/& aperiūt orificia hęmorrhoidarū. Et ponim⁹ ipos in caliditate/ & ſiccitate in principio tertij gradus: vel in fine ſecundi.

ℂDe natura Milij. Cap.VIII.

MIliũ frigidũ eſt,& ſiccũ: vẽtrẽ cõſtipat:& eſt pauci nutrimenti:& hoc idẽ facit punicũ. Auerrois v. colliget cap. de ciceribꝰ. Q̄d etiã ſentit Iſaac in particularibus diętis: dicẽs. Miliũ frigidũ eſt in primo gradu:& ſiccũ in .ij. Q̄d teſtať leuitas eiꝰ,& cõcauitas, viſcoſitatis vnctuoſitatiſq; abſentia. Et ideo nutrit minus q̄ cętera grana ex qbꝰ panis fit. Sãguinẽ minimũ nec laudabilẽ generat: tñ ſiccitatis ſuę gr̃a cõfortatiuũ ſtomachi eſt, aliorũq; mẽbroꝝ corpis. ꝓinde & vẽtrẽ cõſtipat &(vt Diaſcorides inqt) Miliũ diureticũ ẽ:& aſſutũ ad tortionẽ, dolorẽq; vẽtris calidũ ſuppoſitũ valet. cauſa aũt nutrimẽti minimi eſt ſiccitas eiꝰ. Nõ ab eis igiť accipiendũ eſt qui carnes ſuas augmẽtari,& pingueſcere volunt. Nec ab eis: qui laudabilẽ ſanguinem ſuo corpori cupiũt generari: ſed eis ſolũmodo: quibꝰ ſtomachi refrigeratio, ac cõfortatio, humorũq; eius ſuperfluorum exiccatio appetitur.

¶ De hordeo pro quanto in viam nutrimẽti & cibi venit. Cap. IX.

HOrdeũ eſt frigidũ,& ſiccũ in prĩo: & in ipſo eſt abſterſio:& eiꝰ nutrimẽtũ minꝰ eſt nutrimẽto tritici. cuiꝰ aqua eſt ĩfrigidatiua,& humectatiua febriũ. Auicẽ. ij. canonis ca. cccccxliiij. Scd̄m tñ Haliabbatẽ in. v. Theoricę cap. xv. Hordeũ cõplexiõe frigidũ in prio gradu,& ſiccũ in ſcd̄o. Scd̄m tñ alios ad tãtã nõ pueniť ſiccitatẽ. Vñ Iſaac ĩ particularibꝰ diętis ſic inqť. Hordeũ frigidũ & ſiccũ in prĩo gradu virtutẽ mũdificatiuã habet:& excolatiuã:& fabę ſilr̃ter: plꝰ tñ q̄ faba exiccať. Et ꝓpterea nutrimẽtũ eiꝰ ab ĩflatiõe eſt liberũ. fabarũ vero nõ ſilr̃ter. plus eñ hordeo nutriũt accidẽtaliter:& nõ naturaliter. Panis q̄ fit ex hordeo (vt Auerroi placet) ſecundũ modũ qui fit ex frumẽto ſequiť bonitatẽ panis tritici: niſi quia parũ declinat ad frigus. De ptiſana Galenꝰ ſcd̄o Therapeuticę dixit cap. ij. Optimꝰ qdẽ eſt ptiſanę ſuccus diligẽtiſſime decoctus. Et in lib. de Euchimia capi. iiij. ſic etiã

ſcripſit.Inculpabiliſſimū omniū cibariorū ad euchimiā,& ad ſanitatis cuſtodiā,eſt ptiſana bene pparata.De ipa etiā Hippocrates in primo regiminis acutorū textu cōmenti. xviij.ait. Ptiſana hordeacea merito,me iudice,ſup omne de grano factū cibariū in paſſionib⁹ acutis excellētiſſimū habet:eiq; qui eam in primū ac pcipuū oībus alijs ptulit collaudādo,aſſentio primū:qppe quia vtilis: viſcoſa eſt: & lenis: inuictaq;,& mollis,necnō & lubrica,tēperatāq; habens humiditatem:ſitimq; extinguit.

¶De natura rizi. Cap.X.

Rizum tēperiei quæ eſt inter caliditatē & frigiditatē,vicinū exiſtit:& vētrē ſtringit. Solitis autē cholicā pati,nocet.qđ licet multū nutriat:de vētre tñ nō facile deſcēdit:niſi coquatur cū aliquo multū vnctuoſitatis habēte.qđ qñ cū lacte coquitur:& cū zaccaro comeditur,plurimū nutrit. Raſis.iij. Almanſoris cap.ij.Et in.xxj.cōtinētis cap.cxxiij.ſic ait auctoritate Diaſcoridis. Rizū eſt pauci nutrimēti:& cōſtrigit egeſtionē. Et eſt difficilioris digeſtionis:q̃ far ſpeltę:& minoris nutrimēti:ſed melioris ſaporis. Et auctoritate filij Meſue dicit: q̧ calidū ſit in primo:& ſiccū in ſcđo:& cognoſcit eius caliditas a dulcedine ſui ſaporis:& nutrit nutrimēto bono:& inflāmat corp⁹ calidę cōplexionis:& eſt maioris nutrimēti melica,panico,& hordeo: & trahit morā i ſtomacho.& qñ decoquit i lacte, & zaccaro,& oleo amygdalarū dulciū de ſup aſpſis minorē trahit morā:& erit bonū ei⁹ nutrimētū. Et dico q̧ pluries fui exptus exhibere rizū maciletis calidę cōplexiōis:& vidi q̧ fecit eis magnā inflationē.Quare cōcludēdū eſt rizū magis cōuenire habētib⁹ frigidiorē cōplexionē:& eis tutius ppinādū eſt:q̃ cęteris.Haliabbas.v. Theoricę graduauit ipm i prio frigidū,& in.ij. ſiccū.cōtra quē eſt Raſis:vt paulo āte dictū eſt.Iſaac i pticularib⁹ diętis dicit.Natura rizi calida eſt i prio gradu,& ſicca i ſcđo:& valet illis:qui morſionē patiunt in ſtomacho,& inteſtinis.

¶ Pars quarta Libri tertij De fructibus.

¶ De fructuũ natura in vniuerſum. Cap. I.

Hactenus de natura ſeminũ p̃fati, iã fructuũ naturã intueamur a p̃ſtãtiſſimis proditã medicis: quã eorũ mẽtibus diffudit, q cũcta cõdidit ſuo nutu. Colligẽdã ergo ducim⁹: ſi pri⁹ tamẽ pauca ad eorũ vniuerſam cognitionẽ cõmonefecerim⁹; quo ſub manũ cũcta etiã q̃ nõ memorabũtur (q poſſent referri cũcta?) veniãt, p̃cliuiuſq; nobis inoteſcãt.

¶ Problemata.

¶ Quã ob cauſam fructuũ alij partẽ radici proximã habent amariorem, vt cucumeres: alij poſtremã ſuperiorẽ vt glandes? An q̃ alijs pars iſta radici proxima crudo veſcitur alimẽto: quoniã eſcę confluuiũ per radicem frequẽtat. Alijs: quia ſicci e natura ſũt: poſtrema pars ſucco dulci cõcoctoq; inde aſſumpto iã plenı⁹ ſiccatur: amareſcitq; modo ſolis. Redditur eñ vnũquodq; amarũ cũ ampli⁹ exiccatur: vt oliuę, vt glandes inueteratæ efficiũtur amarę.

¶ Cur poma ſemp inſalubria? q̃ ſint frigida, & humida. Neq; eiuſdem tẽperamenti aqua eſt. quoniam cũ aqua ſit ſuis partib⁹ magis tenuis pomis: & celeriter diſtribuatur: non æque offendit: alioqui corporis quoq; mẽbra mediocriter confirmat.

¶ De natura fructuum in vniuerſum Collectiones.

¶ Omnes fructus parũ nutriũt, & illaudabiles ſunt in nutrimẽto. Parum quidẽ nutriũt propter teneritatem, & mollitiem a mẽbris citam. Non laudabilis vero nutrimẽti propter velocẽ cõuerſionẽ in corruptionẽ putredinis. Omnis enim fructus paruiſſimũ, & malum dat nutrimentũ. Iſaac in lib. dietarum vniuerſalium cap. xj.

¶ Vniuerſaliter itaq; oportet de eſibilib⁹ hoĩem fructibus

ſcire rationem cõmunẽ:humidis q̃dẽ humidum,& ſubtile efficere id qd̃ ex ipſis datur corpori alimentum:cũ ſemper ſequitur:& fluxibile/& pertrãſiens totũ corpus/ citoq; eũacuabile,eſſe per vrinam/& ſecundum cutem tale. Galenus ij.Alimentorum cap.ij.

¶Holera atq; fructus vẽtrẽ abſq; magno replẽt nutrimẽto: & i corpe humores crudos generãt/& malos. Raſis.vj. Almãſoris cap.xj.Et in lib.xxv.cõtinẽtis dicit auctoritate Galeni in.iiij.cap.de q̃ſtionibus libri ſexti epidimię.Breuis erit vita illius ꝓprie:q nutritur cũ cibarijs modici nutrimenti ad modum holerum & fructuum ſolidorũ corticũ. & poſtea cõcludit.Fructus non ſunt ſumendi penitus.

¶Multa aquoſitas ſanguinis ex comeſtiõe fructuũ aquoſorũ facit in corpore putredinẽ: & ſimiliter multitudo humoris crudi p̃parat ad putredinẽ: ſicut q generatur ex cucumere,& citrullo,& pyris,& ſimilibus. Auicẽna in prima quarti tractatu ſecundo cap.xliiij.

¶Horarij fructus ſunt:qui naſcũtur in tẽpore quarto dierũ caniculę:& qui eo tẽpore maturãtur,& habentur.& p̃ſertim horarij dicũtur:q de facili corrumpũtur,& velociter:ſicut cucurbita/& melones/ pepones/mora/ perſica, & ſimilia.Galenus ſecũdo de alimẽtis ca.j. Et in lib.de euchimia & cacochimia cap.v.Horarij vero vocati fructus cacochimi omnes ſunt.Si vero corrumpantur in vẽtre,peſſimi.a quibus permaxime eſt cauendum.

¶Fructus recentes nõ ſunt boni:niſi laborioſis & exercitatis cholera rubea abũdãtibus:& in æſtate:& eos ante cõeſtionem comedant.Et ip̃i quidẽ ſunt chryſomela,& mora,et melones,& perſica,&pruna.Q̃ꝫ ſi alijs regãtur rebus: & nõ iſtis:erit melius: quoniam omnis res quæ ſanguinẽ aquoſitate implet:quæ in corpore ebullit ſicut ſuccus fructuum extra:licet ea hora iuuamentum p̃ſtet:tamen ipſum ad putrefactionem parat.& ſimiliter illud quod ſanguinem humore implet crudo: licet quandoq; conferat

ſicut cucumeres,& huiuſmodi.Et propter hoc q his nutrientibus multum vtunẽ,febribus ſunt apti,licet prius infrigident. Auicenna.iij.j.doctri.ij.cap.vij.

¶De fructib⁹ minus triſtabũt qui leniũt ventrẽ:ſicut pruna,ceraſa,& ficus. Quę vero tardi ſunt trãſit⁹, peiora ſunt omnia:& maxime ſi dura corporibus ſint. de eis enim nõ eſt guſtãdũ:ſed guſtãdum de ijs quæ ad repoſitionẽ ſunt idonea:qualia ſunt pyra/citonia/& vuarum nõ pauca genera.Molliora magis ſunt comedẽda duriorib⁹. Galenus in lib.de ſubtiliante dięta cap.x.

¶ Cõſtat q̧ fructus laudabiliores ſunt domeſtici : quorũ cortices ſunt ſubtiles & molles. Humiditatẽ.n.ſubſtãtialẽ monſtrãt ſubtiliorẽ & leuiorẽ & cito penetrãtẽ venas: & actioni naturę obediẽtẽ.Et ideo ficus laudabiliores ſunt cęteris fructibus cortices habẽtibus:& vuę ſunt ficub⁹ ſecũdæ:& pręcipue ſi bene matureſcũt. Fruct⁹ vero ſylueſtres aut domeſtici nõ maturi nequaq̃ ab eis ſumẽdi ſunt. Fructuũ peiores ad nutriendũ, & illaudabiliores fiũt qui in arbore ſua non matureſcũt.Iaac in quarta doctrina cap.xj.

¶Non igitur vere maturi dicẽdi ſunt fructus hi q in paleis vel alio modo artificialiter,& ęquoce maturanẽ. Sic ita q; immaturi & ſylueſtres exercitãtibus etiam nõ comedãtur: quoniam mali,& peſſimi ſunt nutrimenti. Hali Aben ragel in quarto cap.partis primæ.

¶Fructus om̃es,pręter vuas,& ficus bene maturas,cacochimi ſunt:& maxime quicũq; ſunt ſylueſtrium arborum illi quoq; fructus ſunt reprobandi. Galenus in lib.de Euchimia & cacochimia.

¶ Quãdo arbores maturãẽ,& venenanẽ:& vermes in eis naſcunẽ:nõ debẽt fruct⁹ earũ comedi: qa ſũt venena mortalia:& minus qđ ex eo accidit eſt q̧ putrefit ſanguis:& febris mortalis fit. Raſis lib.primo ſuorũ aphoriſmorum.

¶ Cõſiliator dubitationẽ mouet in differentia.cxxij. An ſuper fructus bibendũ ſit:an non.Et ſi bibendũ, an aqua

vel vinũ? Ad quã reſpõdẽs ait. Qꝫ ſi ſitis valida fuerit: & fortis: erit exhibẽdus qualitercũq; pot⁹: iuxta ſentẽtiã Galeni & Almãſoris. Si vero ſitis non fuerit tanta: & fructus aſſumpti frigidi fuerint, & humidi: tunc gratia medicinæ vinum eſt exhibendũ vetus, odoriferũ, potens: qđ eſt calidum & ſiccum. & hęc fuit intẽtio Iſaac prima doctrina dicentis. Perſica ieiuno ſtomacho ſunt edẽda: & poſtea vinũ vetus odoriferum eſt bibendum.

¶De natura Capparum. Cap. II.

Capparis cortex radicis amaram plurimã habet qualitatem: ſecundã vero acutã: dein acrem: & perinde manifeſtũ differẽtibus, & pugnãtibus inter ſe cõſtare potẽtijs. Abſtergere qdẽ poteſt & purgare, & ſecare amaritudine. Calefacere autẽ, & diſtrahere, & tenuare acumine. Cogere aũt, & coagulare, cõpeſcereq; actore. & ob hoc ſplenes obduratos, ſiqđ aliud remediũ, & medicamen, iuuat extrinſecus idoneis mixtum emplaſtris: & intra corpus abſumptũ, aut concoctũ in aceto, & oxymelle, & huiuſmodi, leui abraſura cũ his ammixta. exinanit em̃ manifeſto tenaces & craſſos humores, iliũq; dolores: mẽſtrua quoq; mouet, & pituitã agit. Dentes quoq; a dolore leuat cũ vino coctus, aut aceto. Iſaac in particularib⁹ dictis de eo dixit. Cappares calidi ſunt, & ſicci in ſecũdo: qđ eorum teſtatur amaritudo, ponticitas, & acumen Idcirco incidũt, diſſoluũt, & mũdificant ſtomachum a ſuperfluis: & menſtrua prouocãt: qui vtiliores ſunt ad medicinã q̃ ſecundũ cibũ: quia illaudabilis ſunt nutrimenti: vt pote cholerici: nigriq; ſanguinis generatiui. neruos ſtomachi percutiunt. vnde elixos oportet eos mãducare ablata ab eis aqua cõditos cũ aceto & oleo. Raſis quoq; in. iij. Almãſoris cap. xix. ſic inqt. Omnia q̃ aceto cõdiũtur multã ex ipſo acqrũt ſubtilitatẽ. hepar quoq; infrigidãt. Capparis ideo q̃ cũ aceto cõdit̃ minus calida eſt ea q̃ in ſalmuria ponitur. oppilationi quoq; hepatis ac ſplenis congruit.

¶ De natura Citrullorum & Cucumerum. Cap.III.

Citrullus frigidior ē cucumere/ & generat chimū viſcoſum & humores crudos in venis: & accidūt ex eſu ei⁹ febres ātiquę malæ:neq; ꝓuocat vrinā ſicut melon/ & nocet ſtomacho. Quare oportet ꝗ vult vti eis vt vtaꝛ ameos: niſi ſtomachus eius ſit valde calidus. Et aquę citrulli & cucumeris cōferūt inflāmatiōi febriū:& ſedāt ſitim & laxāt vētrē laxatione bona ſine nocumēto aliquo. & debet bulliri aqua cū zaccaro albo. Serapio auctoritate Galeni. Raſis vero in.xxiij.contin ētis cap.vcxj.dixit auctoritate Rufi. ꝙ ſubſtantia melonū eſt tenuior:ſed ſubſtātia imatura melonis eſt groſſior: & habet in ſe vires abſterſiuas & inciſiuas. & ideo ꝓuocat vrinā. Et infra auctoritate Bimaſui ſic ait. Cucumeres & citrulli ſunt frigidi & humidi in fine.ij.gradus. ſed peior ipſorū eſt citrullus: qa generat in ſtomacho phlegma viſcoſum:& ꝓcedit de eo ad venas humor crudus: ex quo quoties abūdat fiūt febres chronicę:& nō ꝓuocāt vrinā ad modū melonis:& velociter corrūpiꝛ in ſtomacho. & comedēs ipſos affluēter debet vti ameos: ita tñ ꝙ ipſius ſtomach⁹ nō ſit inflāmat⁹. & ꝗ patiꝛ ſyncopin ex caliditate, olfactio citrullorū eſt conueniens cum proprietate ipſorum.

¶ De natura Cucurbitę. Cap.IIII.

Cucurbita eſt frigida & humida in ſcdo/& illa ꝗ ē elixata nutrit aliquātulū: & eſt velocis deſcēſionis ſi nō corrūpiꝛ añ digeſtionē ꝑpter cauſam aliquā:& nō generaꝛ ex ea humor malus. Sed ſi corrūpiꝛ in ſtomacho/& miſceꝛ ei humor malus/ eſt tardę cōſiſtētię ſicut reliq̄ fruct⁹:& humor qui ex ea generaꝛ eſt inſipidus niſi dominetꝛ ei aliquid qđ ſibi ſit cōmixtum nā ſi cū citonijs cōmiſceꝛ humor ei⁹, ē illaudabilis:& ex ea generatur nutrimētum homogeneū ei qđ ipſi aſſociatur. Nam ſi comedaꝛ cū ſinapi generatur ex ea humor malus

ſtipticus:acris: & ſi cū ſale/generatur ex ea humor ſalſus.
Et ſi cū ſtipticis/generať ex ea humor ſtipticus.& eſt oīno
nociua quibus dominať melancholia & phlegma:& bona
cholericis. Verūtamē nocumētū qđ affert colori maximū
eſt.Ipſa enim vehementer nocet inteſtinis/& colori ꝓprie.
Auicēna in.ij.canonis cap.clxxix.Et ꝓpter hanc cauſam
qui cholicā pati cōſueuerūt/ei nō approximēt.Et Raſis.3.
Almāſoris ca.xviij.inquit. Cucurbita frigida eſt & humi-
da:q̄ ſtomacho mala exiſtēs appetitū deſtruit/ſitim quoq;
ſedat/& hepatis ac ſtomachi ardorē extinguit: quādo i eis
abūdat calor.& in lib.iiij.ſuorum aphoriſmorū inquit. Et
ſi ex cucurbitis nimis comedatur tenaſmū generat.ſed ſi
aceto & alijs præparetur/melioratur.

¶ De natura Fungorum. Cap.V.

OMniū radicū eſibilium peſſimi ſunt fungi: quā
obrē cū fructib⁹ holerū minime eēnt reponēdi.
Quia tñ potius terrę fruct⁹ q̄ radices eſſe vidē
tur:ex ſētētia Galeni in lib. de ſubtiliāte diętą
cap.ix. et eodē teſte in lib.de euchimia cap.prio:ſic dicēte:
Vidi deniq; quoſdā qđē ꝓpter fungoꝝ eſum mori:quoſ-
dā vero ꝓpter conij vel ferularū: paucos vero ex eis vix
ſaluari:ideo dimittēdi ſunt poti⁹ q̄ aſſumēdi/vt coꝝ nocu
mētum nequaq̄ percipiamus.Oīm autē eduliorum fungi
habēt frigidiſſimū & viſcoſū ſimul & groſſum chimū:īter
quos a boletis ſolū nullus notat⁹ mori.cholicā tamē & hi
quibuſdā attulerunt non digeſti.Ab aliorū vero fungoꝝ
eſu qdā qđē mortui ſunt: qdā vero venerunt ꝓpe mortē
diarijs aut cholericis obligati aut ſuffocari periclitātes.A
quo ſūpſit Auicēna in.ij.canonis ca.cclxxxij.dicēs.Fungi
frigidi ſūt i fine tertij grad⁹/& humidi ī pricipio ei⁹.& ideo
generant humorē groſſum malū/& coꝝ rectificatio eſt vt
elixētur & ponanť cum eis pyra humida & ſicca/& ozimū
montanū/& bibatur ſup ipſos vinū purum. ſcilicet gr̄a re
ctificationis & nō alimēti. quoniā vt in.iij.ſ.dixerat. ſuper

cibum mali chimi vinū non eſt bibēdum: quia facit malū chimū in extrema corporis penetrare. Fungi eīn generāt ſtuporem & apoplexiam.

❡De natura Tuberum. Cap. VI.

TVbera frigida ſūt, & groſſa: phlegma quoq; generāt crudū: quę autē ex eis ruborem habēt: mala exiſtunt: quorū multa comeſtio cholicā generat. nec etiā abſq; calidis ſunt edenda cōdimentis. Fungi tamē tuberibus valde ſunt deteriores. Raſis. iij. Almāſoris cap. xviij. Timetur ex eis (vt Auicēnę placet) paralyſis, & apoplexia. ſunt tardæ digeſtiōis: impedientia & grauātia ſtomachū: & ſunt groſſi chimi. Ego autē Galenū in lib. de Euchimia inueni de ipſis ſic ſcribentem. Moderate autem eſt pachichimū & vocatū iduū, id eſt trifula non tamen eſt cacochimū.

❡De natura Melonum. Cap. VII.

MElon frigidus eſt & humidus i. ij. gradu: cito a ſtomacho deſcēdit: vrinā ꝓuocat: celeris eſt corruptiōis in ſtomacho, celeriſq; alterationis ī ea quę ī ſtomacho inuenit. Hali. v. Theoricę capi. xviij. Et ait Galen⁹. Qꝛ ſi in ſtomacho corrupt⁹ fuerit veneno ꝓximus eſt. Raſis. iij. Almāſoris cap. xx. ait. Melones dulces velociter in cholerā cōuertūtur rubeā: alij vero ſitim ſedāt & humectāt, atq; vrinā prouocāt. quib⁹ ſi q̄s ī comeſtione multū vſus fuerit cholicā patietur paſſionē. Auicēna in. xiiij. tertij cap. xx. ait. Nō eſt malū pro hepate calido ſumere melones duros paruæ dulcedinis. Veruntamē qui cholicā pati cōſueuerūt ab eo abſtineāt. Et melon dulcis ꝓpter vehemētiā ſuę ꝓuocationis ꝑducit ad ingroſſationē ſanguinis. Et Galenus in lib. de Euchimia cap. v. dixit ita, Citrulli, melones, & melopepones ſunt fructus quorū nullus eſt euchimus, & ſi nō cito ſubeūt corrūpunt ſecundū ventrē in eum qui fit ex eorū corruptione humorem: & propinquū mortiferis pharmacis operatur.

De Amygdalis. Cap.VIII.

Migdalę dulces ſunt calidę & humidæ in medio primi gradus. Habent enim amaritudinē ſenſui occultam propter ſui ſaporitatem. veruntamen amygdalarum amaritudo vetuſtati accedētium palam oſtendit: fitq; earum acutio velut nuces. corporum nutritiuæ ſunt: durę tamen ac groſſæ ſubſtantiæ: digeſtioni difficiles ꝓ ſuę vnctuoſitatis egeſtate. proinde tarde choleris aſſimilātur humorib⁹: neq; ſtomacho ſicut nuces ſunt nociuę. Et ſi ſuperficie tenus ex corticētur, eſuiq; dentur: digeri faciles fiunt: maxime ſi cū melle aut zaccaro exhibeantur. Amygdalę autē virides ſunt tenuiores & laudabiliores propter earum aquoſitatē. Idcirco ſi in aqua calida vna nocte iaceāt excorticatę, fiunt in actione viridib⁹ vicinę. porro ſi virides priuſ q̄ cortices habeāt elixenť, & edanť: gingiuas cōfortabūt: ſtomachiq; calorē refrigerabunt. hęc Iſaac. Raſis quoq; in li. xxv. cōtinētis ca. cccccccxlij. īquit. Amygdalæ ſunt calidæ & humidæ: & humor ipſarum eſt laudabilis. & dixit Rufus in li. regiminis. Amygdalæ prouocāt vrinā & cū difficultate digeruntť, & impinguāt: & augēt actum venereum: & ſi comedūtur cum corticibus conferunt in dolore oris: & abſtergūt qđ ī pectore fuerit & pulmone de humiditate. expurgāt viſcera: & ex pulmone & thorace expuitiones operantur humorum.

De Auellanis. Cap.IX.

Vellana calida eſt & ſicca: terrea: parū habēs vnctuoſitatis: groſſāq; habet ſubſtantiā: digeſtionis tardę. Hali. v. theoricæ cap. xix. Aliūt autem medicorū quidam: quoniam ſi auellana cū aneto ante cibum ſumatur non plurimum fiet comedēdi nocumentum. deinde a letali potu vel morſu reptiliū proderit ſi cū ficubus comedatur. Et Hippocrates inquit. Auellana in cerebro facit augmentum ſi comeditur cū aqua mellis: confert tuſſi antiquę: & adiuuat ad expuendū. eſt tardę digeſtio

nis & excitat vomitum.& eſt tardioris digeſtiōis q̄ nux:cōfert venenis & morſibꝰ:& pręcipue cum ficubꝰ& rhuta. Raſis.iij. Almanſoris cap.xx. Auellanæ nucibus minus ſunt calidę,grauioreſq; ipſis exiſtunt. quę a Scorpione punctis beneficiū præbent.Et in.iiij.lib.ſuorum aphoriſmorum dixit. Nuces & auellanæ malæ ſtomacho & hepati,humores malos efficiunt in ieiuno.Oppoſitum tamen velle videtur Auicēna in.ix.tertij cap.xx.cum ait.Paſſę ficus & auellanę ſunt amicæ hepati & vltimi iuuamenti.& ſunt auellanę aptiuæ:& chimus earum eſt bonus,& ſunt apertiuę oppilationum:& ſunt boni nutrimenti licet parui.

¶De Caſtaneis. Cap.X.

CAſtaneę calidæ ſunt ī medio primi gradus:& ſiccę in ſecūdo.Et ſignificatio earum caloris ē dulcedo:earumq; ſaporoſitas & ponticitas ſiccitatē innuit:ſed tamen ad glandium comparationem ſunt ad digerēdū faciles & nutribiles:tuſſiētibꝰ ex phlegmate non multum nociuę nec multum ſtipticæ nec multū diureticæ.Quæ tñ plærunq; non accipiantur:quia cerebro eſui datę inflationem & capitis faciūt dolorem propter digeſtionis duritiem & fumū i ſtomacho clauſum. Sed vt ab eis nocumentum auferatur & ſtipticiores fiant,aſſari eas oportet: vt earum corpus rarificetur:quæ ſiccitatem temperāt pectoris & vrinę difficultatem diſſoluunt.Q; ſi in aqua tepida infundantur:quia earū complexio temperatur ex aquæ mollitie& humiditate:proinde ſunt boni chimi in corpore generatiuę.Cholerici tamē cū zaccaro eas comedāt:& phlegmatici cum melle. Secundum medicinam virtutem habēt laudabilem.quia abominationis & & vomitus ſunt conſtrictiuæ:ieiuni quoq; ſtomachi confortatiuæ.Iſaac in particularibus diætis.Quæ fuit ſententia Galeni in lib. de euchimia & cacochimia cap.iij.dicentis.Caſtaneę ſtipticum ſaporem habent:& omnino non ſunt cacochimæ.& infra dixit.Fructus qui ab arboribus accipiuntur fere oēs cacochimi ſunt

præter caſtaneas. Hæ enim bene digeſtę in ventre nutritiuę ſunt:& nequaq̃ cacochimæ. Auicenna in .ij. canonis capit. de glãde dixit. Caſtanea facit ſoda propterea quia coarctat vaporem cõſtringendo naturam:& confert humiditati ſtomachi:& dyſenterię & fluxui inteſtinorum. Dico pro cõcluſione ꝙ cauere debemus ne in multa aſſumantur quantitate, propter ſtipticitatem ventoſitatem & groſſitiem: non ſolum quia pachichimæ id eſt groſſæ: ſed quoniam cõſtipatiuæ ſunt ventris & difficiles & inflatiuę. Et non coquantur in frixorio ſuper flammam: quoniam inde malã acquirũt qualitatem ſuffocantem a fumo. Quare inter prunas potius coqui debent: & cum zaccaro in fine menſæ in pauca quantitate poterunt manducari.

De Ceraſio ſiue Ceraſo. Cap. XI.

QVando ceraſa adminiſtrantur humida, molliunt ventrem:& ſicca retinent. Raſis in lib. xxiij. cõtinentis capi. vcvij. Galeni auctoritate ſic ſcripſit. In fructu huius arboris eſt ſtipticitas:& hoc non eſt cũ ęqualitate: immo diſpoſitio in eo eſt: vt eſt diſpoſitio in malis pomis & granatis: ſed fructus hui⁹ habẽs in ſe dulcedinem de ſtomacho deſcendit de leui:& confert ei: modice tamen: ſtipticus econuerſo facit:& acidus confert ſtomacho phlegmatico pleno ſuperfluitatibus, quia acidus deſiccat magis q̃ ponticus:& cum hoc habet in ſe partem inciſiuam. Et dixit in li. nutrimẽti. Fructus ceraſi aſſimilatur moris cum ſtipticitate modica quæ eſt in eo valde. Quę autem ſit ipſorũ complexio a veteribus non inuenitur expreſſa: tamen credo ꝙ ſint frigida & humida in primo. Humida tamen aliquantulum plus ex eo ꝙ valde cito putreſcant, propterea duriora meliora. & magis gratia medicinæ manducętur ante cibum q̃ gratia nutrimenti:& hoc hora æſtatis.

De Citonijs ſiue Cotanis Cap. XII.

Citonia & mala granata añ cibũ accepta ſi ſint põtica fiunt ſtiptica:& ſimiliter ſi ſint acetoſa: & ſtomachĩ confortant ſubſtantiam & inteſtinorum & egeſtionem cholericam auferunt. poſt cibum autẽ ex ſuperioribus ſtomachi ad inferiora deponũt eſcas & fumũ ſalientem ad caput: vomitũq; cholericũ reprimunt. & dulcium natura ſubſtantiæ:& complexio aquoſa: temperati caloris aliqd obtinet.& ideo parũ refrigerant:& ſtomachum confortãt exigue parũ. Quare ſtomacho calido aut molli cõueniunt:nociua eis qui cholericã egeſtionẽ habẽt & vomitũ. Nõ ſapora vero peſſima ſunt in omnibus qualitatibus:quia naturæ frigidæ ſunt & humidæ. magis aũt frigidæ q̃ humidæ. Propterea nec ſecundũ cibũ valẽt:nec ſecũdum medicinã:qm̃ põtica nõ ſunt vt ſtomachũ confortẽt: nec acida vt acumẽ caloris extinguãt:nec dulcedinẽ habẽt vt nutriãt:ſed humores phlegmaticos crudos gignũt. Hęc Iſaac in particularibus diętis. Et Raſis in lib. ſuorum aphoriſmoꝝ ſic inquit. Cotanũ ſtomachum cõfortat & hepar:& vſus eius putredinẽ in inteſtinis generat. Citoniũ frigidum eſt in vltimitate primi gradus:ſiccũ in medio. ij. ideo corroborat ſtomachũ:ꝓuocat vrinã & conſtipat vẽtrẽ. Et in. xx. ca. iij. Almanſoris dixit. Citonia ſi poſt cibũ comedanť ſtercus cito deſcendere faciunt atq; a ventre expellunt: ante cibũ aũt ſi comedantur totũ iſtud ꝓhibent. illa autẽ quæ aceto ſiora ſentiuntur, in ventris conſtrictione ſunt fortiora: ſtomachum efficiunt robuſtum: licet acetoſa ad hoc ſint fortiora:& appetitũ incitant:& ꝓprietas eoꝝ eſt ventrẽ ſtringere.

¶ De natura Citri. Cap. XIII.

Subſtãtia Citri eſt dura & ſolida. ideo ſi ꝓ cibo accipiať difficulter digeriť. tarde a ſtomacho deſcẽdit. Acetoſa vero eius ſubſtãtia eſt frigida & ſicca in ſecũdo. virtutẽ habet incidentem extenuantem & refrigerantem. Idcirco fit hepatis caloris mitigati-

ua:ſtomachiq; confortatiua.excitat enim appetitũ:cholerę rubeę acumẽ obtũdit:ſitientib⁹ perfecte ſubuenit: triſtitiãq; & cardiacam remouet. Iſaac in particularibus diætis. Q đ et voluit Raſis in li.ſuorum aphoriſmorum cũ dixit. Foliũ & cortex citri virtutẽ habent remouendi venenum & confortandi cor. Et in.xxj.continentis cap.xxj.dixit. Semen citri bibitũ cũ vino prohibet nocumentũ cuiuſlibet veneni mortiferi:& laxat ventrẽ:& aqua decoctiõis eius facit bonũ oris odorẽ. Et inquit Galenus. Acredo citri eſt frigida & ſicca i tertio:& cortex ei⁹ deſiccat non cũ parua acuitate:& ob hoc eſt ſicca in tertio:& eſt ęqualis inter caliditatem & frigiditatẽ aut declinat parum ad caliditatem:& ei⁹caro generat humores groſſos frigidos. Galenus in lib.de diſſolutiõe cõtinua dixit. Cortex citri ſcilicet conditi quãdo accipitur de eo parum, confortat ſtomachũ:& quãdo accipitur de eo multum grauat:quia eius ſubſtantia eſt duræ digeſtionis.

¶ De natura Chryſomelorũ. Cap.XIIII.

Chryſomela frigida ſunt & humida in ſcdo gradu:facile ĩ putredinẽ cõuertibilia.groſſum phlegma generãt & viſcoſum ĩ cõcauitate hepatis & ſplenis: idcirco diuturnę febris cã ſunt:& ipſa omnib⁹ modis ſunt peſſima:ideo ante cibũ ſemp accipi debẽt ſtomacho inanito.poſt cibum enim ſtomacho pleno in ſuperioribus natant:& in acedinem cito putredineq; cõuertuntur. Si enim noxietates eorum cauere cupim⁹ ieiuni accipiam⁹:& poſt illa aniſum maſtichen & vetus vinũ ac odoriferum. Iſaac in particularibus diętis. Q uæ fuit etiã ſentẽtia Galeni in lib.de diſſolutione continua ſic dicentis. De his quæ velociter corrũpũtur ĩ ſtomacho ſunt chryſomela & mora:quæ ſi cito nõ deſcendant de ſtomacho & obuiẽt humoribus malis:cito corrumpuntur:& ideo comedi debent ante cibum propter velocitatem deſcenſionis eorum,& lubricitatem viarum.nam quando comeduntur poſt cibum corrumpuntur propter remanentiam eorum in ſtomacho:

& relinquunt corruptum cibum corruptione eorum. & quãdo totaliter corrumpunt: quod frequẽter euenit: ſunt ſicut venenum pernicioſum.

¶De Dactylis. Cap.XV.

Dactyli calidi ſunt,& groſſi: multũq; dãt nutrimẽtum. qui ſi in comeſtione multo accipiantur vſu ſanguinem in interioribus generant groſſum: dẽteſq; corrũpũt: ſanguinẽ quoq; ac phlegma acreſcere faciunt. Raſis. iij. Almanſoris ca. xx. Rabi Moyſes inquit. Dactyli generant dolorem capitis: oppilant hepar: & hæmorrhoidas creant.

De natura ficuum. Cap.XVI.

Ficus complexio calida eſt in primo gradu: & q̃ recens eſt humida in ſecundo. Et ſanguis ab ea generatus laudabilior eſt omniũ fructuum ſanguine æſtiuorum: velociſq; digeſtionis, & deſcẽſus a ſtomacho. Si quis vero ficuum frequentet comeſtionem pediculi in corpore eius generantur: magiſq; ſi ſuperfluitates ſint in eius corpore malę. Hali. v. Theoricæ cap. xix. Et Iſaac ĩ vniuerſalibꝰ diętis dixit. Ficus cęteris fructibus laudabilior eſt ac nutribilior: humiditatis tamẽ ſuæ cauſa groſſos creat humores: & illa quę non eſt perfecte matura eſt minus calida & magis groſſa ꝓpter dominationem terreſtris partis in ea. Raſis. iij. Almanſoris ca. xx. de ſiccis dixit. Ficus ſiccæ multum nutriunt,& calefaciunt. quarum multus vſus pruritum & pediculos creat. ventrẽ quoq; leniunt quãdo ante cibum comeduntur. Galenus in lib. de euchimia dixit: ꝙ cum nucibus ſiccæ ficus comeſtæ optimus eſt cibus & ſimiliter cum amygdalis: quare hęc duo in ipſarũ comeſtione obſeruentur: & tertium ꝙ ante cibum manducentur: & non in multa quantitate.

¶De natura granatorum. Cap.XVII.

Mala granata dulcia nõ infrigidãt: ſed inflãmationẽ & ſitim faciũt: atq; guttur leniũt. Acetoſa vero pectoris aſperitatẽ faciũt: ſtomachũ & hepar

infrigidãt:hepar tamen ꝓprie.q̃ cholerę ac ſanguinis calorẽ extinguentia febrem reprimunt & vomitũ.Raſis.iij.Almanſoris cap.xx.Et in libr.iiij.ſuorum aphoriſmorum ſic idẽ ait.Mala granata dulcia leuia bonos humores generant & expellũt humores putridos ab orificio ſtomachi : mouẽt appetitũ comedẽdi:& eorũ acetoſa ſtomacho nociua ſunt ex ꝓprietate.Et Haliabbas.v.Theoricæ dixit.Granatũ cõplexionis eſt frigidę:& qđ acerbũ eſt fortis frigoris:humiditatis tẽperatæ & ſiccitatis : cholerã hoc reprimit : ſtomachũ cõfortat & hepar calidum:vomitũ ſedat:& materias prohibet ne ad ventrẽ fluant cholericas.Dulce autem inter calidũ & frigidum tẽperatũ eſt:& humidã habet cõplexionem:tuſſimq; quæ eſt ex calore mitigat:& generat in ſtomacho frigido ventoſitatem.Ex quibus ſatis liquet ꝙ plus i via medicinæ q̃ in via cibi reponuntur.Et ꝙ ita ſit patet per Galenum.ij.de alimentis cap.xxij.ſic dicentẽ.Alimentũ autem corpori exhibẽt quidẽ granata oĩno modicũ:quare nũq̃ ipſis vt alimento vtimur:ſed in pharmaci parte ſolum.

¶De Iniubis. Cap.XVIII.

INiubę calidę ſunt & humidę in primo gradu:parum nutriunt & ſunt difficiles ad digerendũ : ſtomachoq; nociuę:& ſanguinis phlegmatici gñatiuæ.Quæ tamen cum ſint ponticę & immaturę: ſanguinis acumẽ extinguũt:& ſi ad maturationis tẽpus ꝑuenerint pectoris ac pulmonis aſperitatẽ humectãt. Iſaac i particularibus diętis.Gale.aũt dixit ꝙ iniubę nec ſanos cuſtodiunt:nec ſanitatem ęgris reſtaurant.

¶De natura Limonum & Arantiorum. Cap.XIX.

LImõ fruct⁹ pulcher:odorat⁹:plen⁹ ſucco acetoſo valde apto ſalſamẽtꝭ:& ipſe ẽt comedit ſale cõditus.Limõcellũ vero oĩb⁹ eſt notũ:cui⁹ odor confortat cor:& ei⁹ acetoſitas eſt frigida & ſicca:& valet ſinapis ex eo facta ad febres peſtilentiales.hæc Matthe⁹ ſyluaticus

Nuſq̄ de limone memini legiſſe apud auctorē famoſum ni
ſi apud Auicennā in quarto canone in cura febriū acutarū
in generali: vbi iubet dari aquā acetoſitatis limonis nō ſali-
ti. Apud recētiores auctores limon frigidum & humidū po
nitur vſq; ad ſecūdum gradum. Alij aūt ponūt ſuccū limo
num frigidum ſupra ſcdm: qualitercūq; volueris denomi-
nare, ſcilicet acetoſum: aut ſtipticum: aut ponticum: vel ex
his commixtum.

¶ Arantia debent eligi pōderoſa & minus acetoſa: quia mi
nus ſtomachū lędunt. Caro vero eorū cōfert ſtomacho cali
do cholerico: & reprimit acuitatem cholerę: nocet tamē plu-
rimū ſtomacho frigido: ſicut cortex eius maxime cōfectus
cū zaccaro confortat eum. Melius tamē eſt vt ipa nō come
dant. quę tamē ſi omnino deſyderant rubicūdiora ſaltē & le
uia corticē groſſum habētia ſibi emāt: quoniā hæc maturio
ra & dulciora minuſq; nociua exiſtūt. Et de eis in modica ſu
māt quātitate. De arantijs Matthęus Syluaticus ſic inquit.
De citrangulo nunq̄ mentionē reperi niſi in quito canonis
& in antidotario Damaſceni.

¶ De Meſpilis. Cap. XX.

FRuctus Meſpili eſt ſtiptic⁹ ſtipticitate forti: & in
folijs & in ſummitatibus eſt ſtipticitas. virt⁹ eius
eſt frigida palam: qm̄ talium omniū parū come-
dere cōuenit non vt ficuū aut vuarū copioſe, neq;
enim vt alimento, ſed vt medicinis ipſis indigemus magis
Galenus. ij. Alimētorū capi. xxiij. Raſis quoq;. iij. Alman
ſoris cap. xx. dixit ꝙ frigida ſunt & ſicca: quæ ventrē ſtrin-
gunt & cholerā reprimūt rubeam: & vomitum abſtinent. &
quæ ex eis ſunt dulcia adhuc ſunt debiliora.

¶ De Moris. Cap. XXI.

MOra quæ ſunt dulcia in caliditate ſunt tēperata:
& in ſtomacho faſtidiū faciūt. Acetoſa vero fri-
gida ſunt: q̄ & vētrē cōtinēt: & ſanguinē fortiter
reprimūt. Hæc Raſis. Et in lib. xxj. cōtinētis ca.

clxxj.auctoritate Diaſcoridis ait:ꝙ laxant ventrem & cito corrũpunt̃ in ſtomacho.Et auctoritate Galeni in.vj.ſubiũxit.Fructus celſi maturus laxat vẽtrẽ:& cũ eſt acerb⁹ & deſiccatus ſtringit fortiter vẽtrem:& valet contra dyſenteriam & omnes ſpecies fluxus.Et ait in lib.dietarum.Cũ comedũtur celſi ante comeſtionem:& inueniãt ſtomachũ mundificatum:velociter deſcẽdunt a ſtomacho:& reddunt facilem deſcenſum aliorum ciborũ:& cũ comeduntur poſt cibum:& in ſtomacho ſunt mali humores:velociter corrũpũtur:& nocent malo nocumẽto:& eorũ nutrimentũ eſt paucũ ſicut melonũ:ſed non ſunt mali ſtomacho:& nõ vomitũ mouẽt ſicut melones.Et vt vult Hali.v.Theoricæ, Mora frigidæ ſunt cõplexiõis in primo gradu:in ſecũdo vero humida.ꝗ bene matura ſunt ventrẽ molliũt:imatura aũt ſtringũt:eorũq; cõplexio frigida eſt & ſicca:& añ cibũ comedẽda ſunt.

¶ De natura nucũ vſualiũ. Cap.XXII.

NVces calidę ſunt:quę in ore veſicas faciunt:& calefaciũt:ac capitis generãt dolorẽ. Raſis.iij. Almanſoris cap.xx.Et in.xxj.continentis ca.ccij.auctoritate Galeni dixit.Nuces quæ nõ ſunt cõpletę,neq; deſiccatę, ſunt repletę humiditate idigeſta.Et auctoritate Diaſcoridis.Nuces quando ſunt maturæ ſunt tardæ digeſtionis:& nocent ſtomacho:& generãt cholerã citrinam:& faciunt ſodam:& nocẽt tuſſi:& ſi comedantur ante cibum de facili faciũt vomere:& comedẽtes eas cum ficu ſicca & rhuta añ & poſt aſſumptionẽ medicinę mortiferę,ipſa nõ nocebit eis:quia talis mixtura eſt theriaca ipſi⁹.& multus vſus nucum purgat vermes.Et recentes ſunt minus calidę ꝗ ſiccę:& ſunt pl⁹ humidę aquoſę inſipidę.& ſiccę amotis primis exteriorib⁹ groſſis corticibus ſi ponũtur in aqua calida redeũt ad naturã nucum recentium:& debent comedi cum almuri & aceto.Et nuces conditæ cum melle ſtomacho conferunt:& deſiccant eius humiditates:& ſunt calidæ & ſiccæ propter ſpecies eis admixtas. Ex qbus patet ꝙ ha

bentes calidam cōplexionē minime debent eas manducare frigidi ſenes & phlegmatici ſecuriꝰ: & præcipue in hyeme.

¶De Oliuis. Cap.XXIII.

OLiuę paucum dant corpori alimētum: & maxię quę ſumme maturæ ſunt: & quę vnctuoſum chimum habent. Et idoneiſſimę oliuæ ſunt quæ in aceto repoſitę ſunt: ſtipticū enim habent chimū: & roborant ſtomachū: & excitant appetitum. Galenꝰ ſecūdo Alimentorum cap.xxv. Et in lib. de diſſolutione continua dixit. Et oliuę aquę quando comedūtur ante cibum cū muria id eſt ſale leniūt ventrē: & quādo etiā comedunť poſt cibum ſine muria. & maxime quæ ſunt ponticæ cum aceto confortant ſtomachum & deprimūt cibum: & hac de cauſa comedunť. Oliuarū duo ſunt genera vt dixit Hali.i.v.theoricę cap.xix. Alterum olei & alterum aquæ: quæ magis nutriunt, oleę ſunt: ponticę vero ſtomacho cōferunt: & ipſum excitant proprie ſi cū aceto ſumātur. Sunt aūt mediæ inter ſubtile & groſſum. quę aūt perfectę ſunt maturitatis/calidæ ſunt temperati caloris. Immaturæ autē frigidæ.

¶De natura Perſicorum. Cap.XXIIII.

PErſica frigida ſunt & humida in ſecundo gradu plurimū ſimilia chryſomelis: ſed ſaporoſiora: ſtomacho cōueniētia, nō enĩ cōuertunť vt chryſomela, licet chryſomelis ſint ſimilia: qa eodem modo phlegma generant. Perſica ieiuno ſtomacho ſunt edēda: & poſt vetus vinum odoriferum eſt bibendū. Perſica enim in duo diuiduntur. Eſt enim quoddā albū grande piloſum ruboris quiddā habens. Et aliud paruum lęue rufum vel citrinum. Grāde ſaporis dulcis acrioriſq; cuiuſdam humiditatis, humidiꝰ ac viſcoſius eſt: quare conuertibile in phlegma groſſum atq; putredinē. Manifeſtatur autem hoc: qm̄ ſi pſicum fixū ferro poſt paululū naribus apponas: odorē quaſi putredinis ſenties. Paruū aūt odoratiuū a conuerſione longinquius exiſtit, hæc Iſaac in particularibus diętis. Et Ra-

ſis.iij.Almanſoris ca.xx.dixit.Perſica frigida ſunt & groſſa:quæ licet ardenti conferant ſtomacho, dure tamen deſcēdunt atq; in ſanguinē dure conuertuntur. Dicit Galen⁹.ij. alimentorum cap.xviij.Caro perſici valde facile corruptibilis eſt.Quare non oportet poſt aliud alimentum offerre: corrūpitur enim ſupernatans.

¶De natura Pyrorū. Cap.XXV.

IN pyris ſunt terreitas & aqueitas:& in nr̄a q̄dem terra eſt ſpecies q̄ dicit̄ ſenabruth:& habet magnā capacitatē:& eſt vehementis rotunditatis & ſubtilis corticis:boni coloris valde quaſi peruiū:& quaſi ipſum ſit aqua zaccari coagulata congelata plurimū: ſed non propter ſpiſſitudinem ſubſtantiæ/boni odoris valde. Q đ cū ab arbore ſua cadit ſuper terrā,deſtruit̄. Et iſta ſunt in quibus non eſt nocumentū de ſpeciebus pyroꝝ quarum cōplexio tēperate eſt humida. Alia vero ſunt frigida in primo:& ſicca in ſecundo:& oēs ſpecies eius ſunt ſtipticæ. Et eorū humor eſt plurim⁹ & laudabilior humore pomorum. Et in pyris quidē eſt proprietas faciendi euenire cholicam: quare oportet vt bibatur poſt ipſa hydromel cū ſpeciebus: vt piper cinamomū & ſimilia:& quando coquuntur cū fungis minoratur nocumentū ipſorū.hæc Auicenna in.ij.canonis cap.cccccclv.Raſis autē.iij.Almāſoris ca.xx. de pyris dixit.Pyra quæ multū ſunt dulcia non infrigidant. Oīa tamen ventrē ſtringunt. Si autē poſt cibū comedantur ſtercus cito expellunt:poſt cuius expulſionē eorū finis eſt ventrē ſtringere.Et in.iiij.lib.ſuorum aphoriſmorum ſic quoq; ſcripſit.Pyra appetitum non verū remouēt:& inteſtinis nocent & maxime longaoni:& tenaſmon efficiūt.Pyra autem cruda vt inquit Auerrois in.v.colliget, ſunt frigida & ſicca ſed matura temperata ſunt aut declinant ad paucam frigiditatem.quia cōpoſita ſunt ex acetoſitate:dulcedine:& pōticitate:propterea eſt eorū virtus ventrē conſtipare.& eorū proprietas eſt remouere ſitim.

ℂ De natura pinearũ. Cap. XXVI.

PIneę ſunt calidę in medio ſecũdi gradꝰ:& ſiccę in eius initio. quarũ duę ſunt ſpecies: ſcilicet maſculinę quę paruę ſunt:& fœmininę: quarum forma eſt magna. & maſculinę ſunt calidiores, & ſicciores. Quę ſi in aqua calida fundãtur, laudabile dant nutrimẽtum:& collectionem habentibus in pulmõe & pectore ſubueniũt: atq; tuſſientibꝰ ex putrido mitigationẽ. Fœmininę vero ſũt maſculinis nutribiliores: groſſum ac laudabile faciunt ad diſſoluẽdũ nutrimẽtũ. ſunt lenitiuę mẽbrorũ aſperitatis. Hęc Iſaac in particularibus diętis. Hoc etiã Raſis in tertio Almãſoris cap. xx. ſenſit dicens. Pini fructus multũ calefacit corpus: q in aliquibus mẽbris tremorẽ patiẽtibus atq; Aſthmaticis cõfert: ſperma quoq; auget: oppilationes venarum aperit in pectore: veſica:& renibus.

ℂ De natura & ꝑprietate pomorũ. Cap. XXVII.

POma frigidiora ſunt acetoſiora, & magis ſtrigẽtia: quæ licet ori cõgruãt ſtomachi: ipſum tamẽ viſcoſitatibꝰ replent. Hęc Raſis. iij. Almanſoris ca. xx. Pomũ dulce inquit Auerrois. v. colliget eſt temperatę humiditatis. Et acetoſum eſt frigidũ, & ſiccũ & habet proprietatẽ cõfortãdi mẽbra pricipalia ſi ſint diſtẽperata in calore:& maxime cor. Et cõfortat cerebrũ odorãdo ꝑpter ſuã aromaticitatẽ:& generat groſſam vẽtoſitatẽ ĩ ſecunda digeſtione & tertia. Ita ꝙ dictum eſt a ſapientibus ꝙ poſſit generare phthiſim & ethicã: eo ꝙ venti qui generãtur ex eo habent malam proprietatem ad exercendas arterias pulmonis. & ſic teſtificatus eſt mirabilis Auẽzoar. hæc Auerrois. Quæ autem poma ſanis & infirmis conueniãt: docuit Gale. ij. de alimẽtis ca. xx. dicẽs. Cauere oportet pulcherrima genere poma: anteꝗ̃ ſup arborẽ ſint matura. indigeſtibilia enĩ ſunt:& frigida:& tardi ſeceſſus:& mali chimi: cũ hoc ꝙ frigidũ & groſſum infallibiliter chimum habent

Queçũq; autem bene maturata ſeruãtur ad hyemem & ad ver:& poſt ipſum proficuiſſima fiunt. Talia aũt ſunt Apiola: calamanica. De qbus etiam in lib. de euchimia dixit. Pomis & pyris & meſpilis non vt cibis vtamur:& nõ in multa quãtitate: quoniã vt dixit Hali. v. Theoricæ ca. xix. Poma omnia neruis ſunt nocẽtia: acerbũq; amplius malũ. & ſiqs pomorũ comederit plurimũ grauiter lędet ſtomachum. Et ipſa potius cocta q̃ cruda manducabimus.

¶ De natura prunorum. Cap. XXVIII.

EX prunis alimẽtũ pauciſſimum habemus: corruptionẽ vero nõ modicã. vtiles autẽ ſunt fructus hi infrigidare & corpus humectare volentib⁹. Et poſt pruna mox prãdere nõ oportet. & hoc ſit cõmune omnium quęcũq; laxant ventrem. Ex prunis autem exiccatis accidit vtiles eſſe: ſicut ficubus: & operationẽ habent multam bonam. & inter alia damaſcena optima ſunt: q̃ apud Scythiam in Damaſco naſcunt. Hæc Galenus. ij. alimentorum cap. xx. Prunorum duæ ſunt ſpecies: videlicet album & nigrũ: & ambo quando ſunt maturata ſunt frigida & humida. & ideo mitigant calorem & laxant ventrẽ: ſed debilitant parum os ſtomachi: vt inqt Auerrois. v. colliget. Et Iſaac in particularibus diætis dixit. Pruna parum nutriũt. Alba dura ſunt digeri: nociua ſtomacho: ſolutiua parũ: quę quia groſſa ſunt comedi non debẽt niſi bene maturata fuerint. Nigra perfecte maturata & dulcia min⁹ ſunt frigida: ſtomachum humectant: & molliũt ventrem: & choleram rubeam eijciunt. ſi tamen ſępe eis vtamur ſtomacho nocẽt. Rufa vero frigidiora ſunt & magis humida nigris. Et ignoro quare Diaſcorides iudicauerit q̧ damaſcena ſtringunt ventrem cum nos videamus manifeſte q̧ laxant.

¶ De Sorbis, & Siliquis. Cap. XXIX.

SOrbæ frigidæ ſunt: q̃ ventrẽ ſtringũt & cholerã reprimũt rubeã. Hęc Raſis. iij. Almãſoris capi. xx. De ipſis nõ inueni capitulum ab aliquo niſi a Raſi. De Siliquis ait Galen. teſte Iſaac. Vtinã xilocarata nõ veniſſent ad partes noſtras. De ipſis ẽt Almã ſor inqt. Siliquę q̃ in terra naſcunt̃ hieroſolymitana, tẽpera tum habẽt calorẽ: ventrẽq; cõſtringũt. Q uę vero in alijs na ſcuntur terris in vẽtris conſtrictiõe fortiores exiſtũt: neq; eſt in eis caliditas. Gale. vero inter oẽs eas maxime vitupera uit. Dixit eñi. ij. de alimẽtis. De Siliqs peſſime ſentio: q̃uis digerant̃ & ventrẽ ſtringant & humores noxios nutriãt. Et in lib. de Euchimia ait. Eſt cacochimũ edulium: pauci nutri menti: & ligneũ ex neceſſitate: & indigeſtibile eſt. Eſt eñi ci bus mulierum & puerorum effrænatorum.

¶ De natura vuarum, & vuę paſſæ. Cap. XXX.

VVa ficui proxima eſt in ſuis virtutib' magis q̃ re liqui fructus: & in cibi temperãtia: ac in ſanguinis bonitate a ſe generati: cũ a ſtomacho citius fuerit digeſta. Si enim non digeratur, inflationem gene rat & ventoſitatem. Laudabilior vero eſt vua quæ multam habet aquam ſubtilemq; pelliculam. Et vua quãdo cũ cor ticibus ſuis & granis comeditur, digeſtionẽ tardat & deſcen ſum. Q uare expuendi ſunt. Hæc Hali. v. Theoricæ capit. xix. Galenus quoq; vuas plurimum commẽdauit cum in quit in ſecũdo de alimẽtis cap. vij. Ficus & vuæ opere quaſi capitales ſunt. Etenim nutriunt magis omnibus horarijs: & minime ſunt cacochima & maxime quãdo fuerint bñ ma turata. & dat ſignũ de cuſtodientibus vineas qui impinguã tur. Illæ autem magis nutriunt quæ ſuccum paruũ habent. Et in libr. de euchimia capit. v. ſic ſcripſit. Prope innocuos fructus ſunt maturæ ficus & pręter has matura vua ſuſpen ſa: ex hoc q̃ iã inflatiuum depoſuit & ſit perfecte inculpata.

Vſquequo autē ſuſpēſa ſit laudabilis: expreſſit ipſe in ſecūdo alimentorum cap. viij. cum dixit. Vuę ſuſpenſæ quādo deſiccatę fuerint inutiles fiunt mox ſecundum ver: in æſtate vero omnino. Et ſic patet q per totā hyemē comedi poſſint. Eligantur meliores: & cortices expuanť. Et vt vult Raſis. iij. Almanſoris cap. xx. vuę inflatiuę ſunt: & ventrē mouent: atq; corpus velociter impinguant. virgæ quoq; inflationem augmentant. Acerbę vero ſunt frigidæ: & ventrem ſtringunt: & choleram rubeam reprimunt: & ſanguinis acuitatem: & alba laudabilior eſt nigra: quando equalis ſit dulcedo ipſorum: & vitare debes cortices: & nucleos.

¶Vua paſſa eſt amica hepati, & ſtomacho, & eſt bona doloribus inteſtinorum: & confert renibus, & veſicæ. Hęc Auicēna in ſecūdo canonis capi. vccxlj. Et Raſis in lib. diuiſionū ca. lxiij. dixit. Si paſſulę bene maſticentur ipſæ confortant hepar & impinguāt ipſum & proſunt ęgritudinibus inteſtinorum. Et vt vult Hali. v. Theoricæ: plurimū nutrit: pdeſt pectori & pulmoni ſi humiditas ſit in eis groſſa. Quæ autē pōtica eſt & minus carnoſa, paruum habet calorem: ſtomachum confortat: & ſtringit naturam. Et propterea ſi voluerit homo naturā ſuam emollire: vuā comedat paſſam, carnoſam, & dulcem: acri⁹ purgatum. Ipſis ergo ſecure vti poterimus in tempore ieiunij: & vt aliqui volunt cū amygdalis meliores erunt.

¶Pars Quinta Libri Tertij.
De Condimentis Ciborum.

¶De Condimentis. Cap. I. & procemiale.

IN proximis tribus particulis, Alimēta holerū, Radicū, ſeminū ac fructuū quæ bona, quęq; mala ſint pro hoīm ſalute: vt a pręſtātiſſimis prodita ſunt authoribus, nos quoq; prodidimꝰ: vt admittēda: vtq; fugiēda eſſe videant. Reliquū nunc eſt naturales quaſdā ne omittamꝰ cōdimentorum ambiguitates: quas cognitu eſſe putamus neceſſarias: tum ꝙ bene inſtitutæ familiæ cōueniant, tum ꝙ vel earū non ignari vitæ opem ferre ſuæ poſſint. Sunt enim eiuſmodi: vt neminem ſciſſe poſſit pœnitere. Quas vt rerū cōditor optimus maximus clariſſimorum virorum mentibus infudit: ita nos ab eis mutuati, lingua noſtra putauimꝰ effundēdas diuino mēti noſtræ aſpirante nutu. Cuius lenitate hæc omnia quantacunq; ſunt, ſcriptis concredere potuimus.

¶Problemata.

¶Cur piper, & ſinapi, & cūcta acria cuti īpoſita ipſam exulcerāt: pota vero aluum neutiq̃ ſauciāt? Quoniā prius tranſmutantur, & digeruntur: q̃ quicq̃ efficiant: ac ꝙ exoluatur acritas alui plurima humiditate. Alioqui etiā in appoſitione ſup cutē & dēſatione occaſio ad effectum acribus rebus præbetur: & cutis imbecilla. qđ porro introrſum: id patulorum ſpiramentorum, & magis validū eſt.

¶Cur mel cunctorum dulciſſimū, ipſum autem guſtātibꝰ arquatis amarū videatur? Quoniam bilem amarā habent vt in toto corpore redundantē ita in lingua. Mel igitur māſum amarum cōmouet humorē: proinde guſtus bilis amaritudini occurrens viſione mel amarum videri facit.

¶Cur ſi ſalem eadem magnitudine qua modico igni ingeſtus crepet, nimio inieceris igni vel nihil vel minꝰ crepabit? An ꝙ prius ab igne corripitur q̃ rumpi poſſit. Cōburitur

enim humor q̄ conſumptus eſt: crepat q̄ diſcuſſus dirru‑ptuſq; eſt.

¶De natura Adipis & pinguedinis. Cap.II.

PInguedinis ꝓprietas ſtomacho & digeſtioni eſt nociua: primo q̄a innatat cibis, & facit eos inflā tes: & cito ſaturantes: & cū alteri cibo admiſcet, ſua viſcoſitate ille alter ingroſſatur: & digeri inci piens villos ſtomachi emollit: & viſcoſitatem & lubricita‑tem eis tribuit: vnde virtus cōtentiua deficit & expulſiua vigoratur. vnde plurimū lienteria generatur. & hoc ꝓprie in ſtomacho frigido operatur. In calido vero in fumoſita tem & in choleram conuertitur. Iſaac in dietis vniuerſali‑bus. Galenus. iiij. de ſimplici medicina diſtinctiōe. ij. capi. v. dixit. Adeps gallorū & anatis ſunt ſubtilioris ſubſtan‑tiæ, Adipes vero caprarum & vaccarum ſunt groſſioris & propinquioris naturæ terræ. Et adipes omnium animaliū ſylueſtrium ſunt acutioris & vehemētioris exiccationis q̄ adipes domeſticorū. Sic ergo concludamus: q̄ quale ani‑mal fuerit talis & pinguedo ſeu adeps eius erit. vnde ma‑ſculina calidior eſt & ſiccior: fœminina ſui generis. Caſtra torum vero mediocris.

¶De natura Olei, oliuarum, & butyri. Cap.III.

RES quæ coquitur cum oleo, eſt multum nutriti ua, dummodo oleum nouū ſit, & dulce: & oleū oliuæ: quia natura illius eſt temperata, declinās parum ad calorē. & impinguat hepar: & auget ipſius ſubſtantiam. & generaliter dico: q̄ eſt cōueniens ho mini multum ſecūdum totam ſui ſubſtantiā: & propterea in terris noſtris nō coquimus carnes niſi cū eo. Hæc Auer rois in. v. colliget capi. de ouis. Iſaac in vniuerſalibus die‑tis ita inquit. Oleum nō ſolum diſſoluit: verūetiam viſco‑ſitate ſua & vnctuoſitate virtutem diſſoluēdi debilitat. Et Raſis. xxij. continentis dixit. Omnes ſpecies olei ſunt ca‑lidæ: lenientes & debilitantes vim neruorum. & propterea

in competenti quãtitate eo pro condimento vtamur:& nõ quocunq;:ſed optimo.

¶ Butyrum calidũ eſt,& humidũ. Mollificat,& lenificat,& calefacit,& in ſtomacho calido facile in choleram cõuertitur,cũ vnctuoſum ſit,& ſubtile aereum,& facile inflãmabile. Ex ſentẽtia Auicẽnę in.ij.canonis cap.cxviij. Et ideo via cibi nõ eſt cõueniens:ſed tantũ via medicinæ cũ amygdalis,& zaccaro ad leniẽdum pectus,& ad maturãdũ ſuperfluitates in ipſo. Via autem condimẽti loco olei,& pinguedinis potes vti:& patiẽtib⁹ in pectore vtilius erit oleo: ſicut ſenſit Raſis in.xxiij.cõtinentis cap.vccxx. Nocet tamen humidam habentibus naturam. Quare non omnib⁹ eſt vtile:vt quidam ad pauca reſpiciẽtium,ſaniſſimũ vnicuiq; butyrum prædicant.

¶ De natura Aceti. Cap.IIII.

ACetum proculdubio eſt frigidũ. verũtamen in eo eſt caliditas parua:& nõ calefacit corpus niſi per accidẽs. Galenus primo de ſimplici medicina diſtin.iij.cap.ij. Et in quarto eiuſdẽ ait. Acetum eſt ſubtile infrigidãs,& deſiccãs. Et in.vj.eiuſdẽ cap. dicit. Acetum infrigidat vehemẽter,& penetrat ad mẽbra omnia velociter:& peruenit facile:& propterea calidũ habentibus acetum familiare habeatur. Quoniã:vt etiã Raſis inquit in.iij. Almãſoris cap.xvij. Acetũ frigidum eſt,& ſiccũ,& maciem efficit,& virtutẽ deſtruit:ſperma quoq; minuit,cholerãq; corroborat nigram,rubeam vero choleram,ac ſanguinem debilitat,ciboſq;(quibus admiſcetur) ſubtiliat. Et dicit Rufus. Acetum infrigidat,& ſubtiliat humores groſſos,& ſiccat corpus,& amputat ſitim,& extinguit choleram:vt etiam ait filius Meſue. Cum ita ſit igitur ꝙ acetum infrigidat in primo,& deſiccat in tertio: vt ſimiliter dicit Iſaac in particularibus diætis: idcirco diſſolutiuum eſt:& extenuatiuum.& propterea eſt de rebus magis nocẽtibus habẽtibus naturas melancholicas teſte Ga

leno cum dixit. Eſt quoq; de rebus nocētibus hepati cum vſus eius abundās fuerit. & plus fœminis q̄ maſculis inimicatur: quia lædit matricem.

¶ De Agreſta. Cap. V.

Differētia inter ſuccū agreſtę, & acetū eſt: q̄ in aceto cū acetoſitate ſunt acuitas, & acredo: q̄ generant a caliditate generata a putredine. Sic igit̄ caliditate accidētali ē calidū. Aquę vero agreſtę nō eſt accidentalis caliditas: neq; eſt ſubtilis: ſicut acetū. Galenus. iiij. de ſimplici medicina diſtin. iij. cap. ij. Et ideo concludit ipſe in eo loco: q̄ oēs ſpecies agreſtę ſunt cōuenientes ad extinguendū inflāmationē. & ꝓpterea cholerici ac ſanguinei: qui calidā habēt cōplexionē: debent ea ſuper cibos calidos vti, & præcipue in æſtatis conſtitutione. Q̄d non ſolum de columbis ſed de reliquis valde calidis eſt intelligendum: & non ſuper piſces reponenda eſt: vt cōmuniter fit a plæriſq;.

¶ De natura mellis apum. Cap. VI.

Diſſarius inq̄t. Mel q̄d optimū eſt reliquo pōderoſius eſt. In vaſis igit̄ mellis pars q̄ in imo eſt vtiq; p̄ſtat pōdere: & ideo ſupernatāte ꝑtioſior eſt. Et vt Auerrois quinto colliget dicit, mel eſt calidū & ſiccū in ſecūdo gradu, & eſt multę abſterſionis: & eſt cibus medicinalis: & ꝓprie in ſenibus: q̄a cibus eſt in ipſis multū iuuatiuus: cū in eis conuertat̄ in ſanguinē bonum. Sed mel cānæ, q̄d etiā eſt mel, minoris eſt caloris alio melle, & minoris abſterſionis: nec habet illā mordicationē quā habet mel. Idcirco maioris eſt iuuamēti alio melle, mēbris quæ nocentur nimia abſterſione: ſicut ſtomachus, pulmo & veſica. Raſis. iij. Almāſoris ca. xx. ſic dixit. Mel calidū eſt, citoq; in cholerā vertitur rubeā: atq; phlegma quaſi lābendo deſtruit. Q̄d ſenibus frigidā habentibus naturam & complexionem cōfert. In æſtate autē & his qui calidam habent complexionem malum exiſtit.

m.ij.

De Zaccaro ſiue zuccaro aut zachara. Cap.VII.

ZAchara eſt calida in fine primi gradus:humida in medio:cholerã diſſoluit,& extenuat,& vẽtrẽ abſq; vllã morſura ſui humectat, & ſtomachũ mũdificat:qa paſſibilis ſubſtãtia eſt:nonnunq̃ tñ in cholerã rubeã mutat.Iſaac in particularib⁹ diętis.Raſis ſimiliter in.iij.Almãſoris ca.xx. in fine dicit. Zaccarũ guttur,& ventrẽ lenit,neq; calefacit:niſi parũ:ſcilicet zaccarũ Tabarzet. Zaccarũ nigrũ id eſt rubeũ calidum eſt & humidũ.Vetuſtum calidũ eſt & ſiccũ:& valet ad vẽtoſitates vẽtris:& diſſoluit naturã : & ſi bibit̃ cũ oleo amygdalarum dulcium,confert cholicę:etiã phlegmati qđ eſt in ſtomacho.ſed tamen ſitim infert.

De Sapa ſiue vino cocto. Cap.VIII.

SApa groſſior eſt,& durior,ĩflatiua:quę ſi digeratur multũ dat nutrimẽtũ : & eſt cõgrua patientibus in pectore,& pulmone:& vulneratis in renibus,& veſica.eſt enim mũdificatiua,& ſolidatiua.Et ideo ꝓ cõdimẽto,& in dulcorãdis ſaporibus qbuſdã poſſumus eã in modica vti quãtitate,ꝑmiſcẽtes ipſam cũ agreſta,vel aceto,& huiuſmodi frigidis ad remittendã eorũ frigiditatẽ,& acredinẽ:& ideo ſenib⁹, & phlegmaticis magis cõuenit:& ꝑcipue in hyeme iuuenibus, & calidis,& in ęſtate nõ cõuenit.Ex ſentẽtia Iſaac in diętis ꝑticularib⁹. Et qa groſſa eſt(vt Iſaac inquit vbi ſupra) ideo timentes oppilationes in hepate aut ſplene ipſi nõ aſſueſcãt:qa oppilatiua eſt,& ratione dulcedinis,& ratione groſſitiei.

De natura ſalis. Cap.IX.

SAl calidus eſt,& ſiccus:q cibis auferẽs faſtidiẽ di nocumẽtum,ſubtiliat,atq; appetitum excitat,& acuit.Eorũ ꝑterea ſanguinẽ:qui multam ex eo ſumũt quantitatẽ,adurit : viſum quoq; debilitat:atq; ſperma minuit:& pruritũ generat & ſcabiẽ.

Raſis.iij. Almãſoris cap.xvij. Et Oribaſius ſic ait de ipſo. Vires ſalis cõpoſitę ſũt abſterſiuę:& ſtipticę.ſed hę duæ qualitates cõſtringũt:ideo ſal deſiccat humiditatẽ quæ eſt in corpore:& etiã cõſumit:& colligit mẽbra ſolida cũ ſtipticitate ipſius:ideo deſiccat corpora:& cõſeruat ea a putrefactione:ꝙ non putrefiãt. Et eſt ſal calidus in ſecũdo: & ſiccus in fine tertij:diſſoluit valde:habẽs in ſe ponticitatẽ modicã cõprimentẽ.humiditates q̃ fiũt in corporibus, deſiccat.liquefacit humores cõgelatos in corpore: & conſeruat corpora cum ſiccitate ipſius:lenit naturã:& confert in corpore phlegmatico. Hęc Oribaſius. Cholerici vero,& macri ab eius vſu ſuperfluo tanq̃ ab inimico caueãt: pariterq; a rebus ſalitis:& maxime in ęſtate.

❡De natura Aniſi in via condimenti.

Cap.X.

ANiſum habet virtutẽ calefaciendi, & deſiccãdi: mitigat dolorẽ:& diſſoluit inflationẽ:cõſtringit ventrem:& prouocat vrinã & ſudorem: diſſoluit ſupfluitates:& extinguit ſitim: & cõfert omnibus venenoſis morſibus reptiliũ:& ꝓhibet fluxũ humiditatũ albarũ ad matricẽ:& excitat coitũ. Ex Raſi in.xxj. cõtinẽtis cap.cxxx. Et ſecũdum Auicẽnam in.ij.canonis cap.j.ſecũdi tractatus, Aniſum eſt ſemen fœniculi romani:& eſt minoris acuitatis q̃ nabathi.calidũ eſt in.ij.& ſiccũ in.iij.eſt apertiuũ cũ ſtipticitate pauca:& ſedatiuum doloris: & reſolutiuũ vẽtoſitatum:prouocat lac:& cõfert oppilationi hepatis & ſplenis generatę ex humiditatibus:ꝓuocat vtrũq;:& mũdat matricem a fluxu humiditatum albarum. De aneto vero dicimus ꝙ magis eſt medicinale: q̃ cibale: & ipſo pro condimentis non vtimur. Auerrois tamen.v.colliget,de ipſo dicit:ꝙ calidum eſt in primo gradu:& attingit parũ ex.ij.& eſt ſiccum in principio ſecundi & in fine primi:& idcirco eſt diſſolutiuum:& mitigat dolorem:& inducit ſomnum.

¶De natura Coriandri. Cap.XI.

Coriãdrum frigidum eſt in primo gradu: & aridum in tertio. Galen⁹ tamẽ calidum ponit. Vnde Iſaac in particularibus dictis cap. ꝓprio ſic dicit. Coriãdrũ diuerſę virtutis eſt. Q đ teſtatur varietas ſui ſaporis. habet eñ amaritudinẽ: & ponticitatẽ: ideoq; Hippocrates dicit ipſum habere calorẽ ꝑ ſua amaritudine: & põticitate: & dicit ipſum eſſe ſtipticũ: & q̄ poſt cibum acceptũ ſomnũ præſtet. Sed Diaſcorides itẽdit ipſum frigidũ eẽ: dixitq; illud ſcrophulas frigiditate diſſoluere. qđ Gal. dixit eſſe impoſſibile, ſcrophulas frigiditate curare: quę groſſi ſunt & duri humoris. Secũdũ vero cibũ durũ eſt coriandrum digeſtioniq; inobediens. hæc Iſaac. Auicenna autem tenet de coriãdro cum Diaſcoride. Et dicit: q̄ poſſibile quidem eſt: vt dicatur Galeno q̄ in Coriãdro eſt ſubſtãtia ſubtilis ꝑfundans & penetrans. Non autem profundatur ſubſtãtia frigida. Et videtur etiam fuiſſe ſententia Raſis in. iij. Almãſoris cap. xix. dicẽtis. Coriãdrum recens frigidum eſt: de quo non multa eſt ſumẽda quãtitas: forſitan enim mors ſequeretur. cuius parua quãtitas eadem quæ & lactuca operatur. Verũtamẽ ipſum nõ humectat. Hęc Raſis. Ad id vero quod Galenus videtur concludere contra Diaſcoridem: ſcilicet q̄ ſi Coriandrum eſt amarum quomodo eſt frigidum? dicere poſſumus: q̄ & cicorea eſt amara: & ſimiliter roſa: & opium: & tamen ſunt amara & tamen ſunt frigida: ratione tamen quarũdã partium calidarum cum frigidis, cum tali modo ſubſtantiæ permixtarum, qđ totum inde reſultãs redditur amarũ. Et ſic poſſunt ſaluari Diaſcorides, & Auicẽna Coriãdrũ frigidum eſſe aſſerentes. Quicquid tamen ſit: conueniũt ipſi omnes: vt parua quantitas ex eo manducetur: propter nocumenta quæ ab ipſo poſſunt induci. Auerrois tamen in. v. colliget ſic dixit. Coriandrum calidum eſt in primo gradu: & eſt compoſitum ex ſubſtãtijs contrarijs: hoc

eſt ex ſubſtãtia amara:& ſubſtantia aquea: & ſtiptica:& ſecũdum hoc facit diuerſas operationes. & ſic Auerrois tenet cũ Galeno. & Iſaac. Proprietas Coriandri eſt phibere vaporem a capite: & propter hoc ponitur in cibo patiẽtis epilentiam ex vapore ſtomachi. & confert etiam vertigini factæ a vapore cholerico & phlegmatico. Multa tamẽ ei⁹ comeſtio gñat tenebroſitatẽ viſus: confert tremori cordis calido: eſt tardę digeſtionis: & cõfortat ſtomachum calefactum: & ſedat eructationẽ acidam poſt cibum. Aliqui ex nouitijs auctorib⁹ doſant Coriandrum a.vj.granis ad decem: in auctore tamen famoſo non legi.

ℂDe Cinnamomo. Cap.XII.

Cinnamomũ eſt calidum,& ſiccum: ideo beneficium pręſtat ſtomacho/cõferẽs frigiditati quæ eſt in eo,& in hepate. prouocat vrinã: aperit oppilationes: abſtergit caliginẽ viſus: & deſiccat humiditatẽ quæ erit in capite,& in ſtomacho. & proprietatem habet: ſi comeditur: q̃ prodeſt caligini viſus accidẽti ex parte humiditatis. Ex Galeno in libro cibariorũ. Dixit Paulus in ſeptimo tractatu: q̃ cinnamomũ eſt ĩ vltimitate ſubtilitatis partium: & nõ eſt ĩ vltimitate caliditatis: ſed in tertio gradu eius: & nulla medicina cõparatur ei in calefactione,& deſiccatione ex tenuitate partiũ eius. Hęc Paulus. Et propterea pro condimẽtis eo vti poterimus: & præcipue puluere eius ſuper cibos ſuperflue humidos & frigidos/ſtomacho nocentes/& capiti.

ℂDe natura Croci. Cap.XIII.

Crocus habet vires digerẽtes: lenientes: & reſtrĩgẽtes: ꝓuocat vrinã: præſtat bñficiũ colori: tollit ebrietatẽ. bibitur cũ vino cocto: incitat appetitũ ad coitũ: ꝓuocat ſomnũ. Raſis. xxij. continẽtis cap. ccliiij. Et dicit Paulus. Crocus eſt calidus ĩ ſecũdo: & ſiccus in primo: & reſtrigit,& digerit: corroborat hepar: tollit difficultatem anhelitus: & appetitũ cibi ꝓuocat,

& vrinā,& bonum colorem facit:tamen malus eſt cerebro & ſuperabūdantia eius tollit appetitum cibi. excitat actus venereos/inferens dolorē capiti. Cor lętificat. Et dicit Raſis vbi ſupra ſic. Dico q erat quædā parturiēs:& ſumēdo de eo drachmas duas peperit ſtatim ipſa hora: & expt⁹ ſū hoc pluries:& ita ſemp inueni.& qa delet appetitū:& capiti nocet:& viſui:nō vtamur eo in cōdimētis noſtris in multa quātitate:& pręcipue in ęſtatis tēpore:& ſi cōplexio fuerit cholerica & regio calida. Tradūt quidā nimiū ei⁹ vſum & immoderatū riſu ppetuo cōcutere quoad tandē moriatur. Ideq facere alij pdidere ſi tres vncię cū aqua potētur.

¶De natura Galangę & gariophilorū. Cap. XIIII.

Galanga ſtomachū cōfortat:& frigiditati,& retētioni vrinæ cōfert. Ex ſentētia Raſis in.iiij.lib. ſuorum aphoriſmorū. Dicimus cum Auicēna in.ij.canone cap.cccxviij.dicēte. Galāga calida eſt,& ſicca in ſecūdo: cuius operationes & proprietates hę ſunt. quia eſt ſubtilis:reſolutiua vētoſitatū: odorē oris efficit bonū:cōfert cholicę:& dolori renū:& adiuuat ad coitū: eſt bona ſtomacho:& eſt digeſtiua cibi. Et cōfert ſubſtātię ſtomachi:& eſt medicina antiqua:q̄ auget i ſpermate multū. De gariophilo Auerrois in.v.colliget cap.de reb⁹ maximis ſic dixit. Gariophili calidi ſunt,& ſicci i ſcdo gradu: & attingūt ad tertiū. Et ipſi cōfortant oīa mēbra principalia:valēt etiā cōtra paſſiones frigidas:& cōſtipant vētrem. Et dicit Galenus:q eorum proprietas eſt cōfortare virtutē digeſtiuā. cōfert vomitui:& nauſeę:cōfortat ſtomachū: & hepar. De eis vtantur:ſicut dictū eſt de cinnamomo.

¶De Nuce muſcata. Cap. XV.

Nux muſcata eſt calida & ſicca i fine ſecūdi:i qua eſt ſtipticitas:& odorē oris bonū efficit:cōfortat viſum:hepar:ſplenē:& ſtomachū:& proprie os ei⁹ cōſtringit:& puocat,& cōfert difficultati vrinæ: & phibet vomitū. Auicēna in.ij.canonis cap.cccccx.

Serapio auctoritate Iſaac abenamrā dixit. Meliores ex eis ſunt rubeę:pingues:graues:& deteriores ſunt nigrę:leues: & ſiccę:& ſtringūt ventrem:& aromatizāt ſtomachū:& he par:& extenuant ſplenem:& molliūt apoſtemata dura hepatis:& odorem oris efficiūt bonum:auferūt fumoſitates a ſtomacho:& digerūt cibum:& expellunt ventoſitates:& corroborant ſtomachum & hepar.

¶De pipere. Cap.XVI.

Piper calidū eſt & ſiccū in medio quarti gradus: & prouocat vrinam:& cōfert tortioni & vētoſitatibus groſſis accidētib⁹ in ſtomacho: & in inteſtinis:incidit phlegma viſcoſum i pectore: & pulmone:& ſtomacho:& iteſtinis:& digerit cibū. Et piper longū eſt calidū,& humidū digerēs cibum:diſperdēs ventoſitates de ſtomacho:ſed nociuum eſt pſonis calidis. hęc Raſis.xxij.cōtinentis cap.ccccclxxvij. Et dixit Galen⁹ in regimine ſanorū,ꝙ piper albū meli⁹ ē ad ſtomachū:& melius cōferēs ſtomacho calido. Et in lib. quęſtionū dixit. Si abūdans ſumptio fiat de pipere:prouocat vrinā:ſi minus ſoluit vētrē ſicut ſcamonea:& ecōtra facit. Et de libro Mahal dixit ꝙ piper extenuat corpus & deſiccat ſperma. Cōcludamus ꝙ in hyeme ꝓcipue & in humidis cibarijs & frigidis pſonis in cōdimētis cōueniēs eſt piper:& etiā pinguibus & quietis q groſſos viſcoſos & frigidos humores habent. ¶De Zinziber. Cap.XVII.

Zinziber calidū eſt & ſiccū i tertio gradu:humiditatē habet licet ſenſui nō appareat. qđ teſtificat quia putredini apparatū.eſt vtile frigidis:vētrē ſoluit:humiditatē deſiccat: digeſtiuā virtutē adiuuat:& ventrē humectat. hęc Iſaac in diętis particularib⁹. Hęc quoqꝫ fuit Raſis ſentētia in.xxij. cōtinētis cap.358. dicētis auctoritate Diaſcoridis. Zinziber habet vires calefactiuas ſubuenientes ad digerendū cibum:ſed lenit naturā leuiter & valet ad ſtomachū: & ad obſcuritatē oculorū:

& vires eiꝰ ſunt vt vires piperis. Et dixit Bimmaſui. Zinziber calidum eſt in vltima parte gradus tertij: & humidũ in vltima parte primi. Et ſignificat ſuperhumiditatẽ eius corroſio ipſius:& putrefactio eius. cõfert oppilationibꝰ accidẽtibus in hepate ex frigore & humiditate. ſubuenit ſup̃ coitum:& digerit cibum: diſſoluit vẽtoſitates groſſas accidentes in inteſtinis & ſtomacho:& lenit naturã:& cõfert caligini oculorũ generatę ex humiditate. Zinziber cõditum eſt calidũ & ſiccũ: quia mel tollit humiditatẽ eiꝰ: excitat coitũ: auget caliditatẽ ſtomachi & corpis. cõſumit phlegma: & confert ſenio:& phlegmati corpori condominanti.

LIBER QVARTVS DE POTV.

¶ Quę potiones aut valẽtis, aut medię, aut imbecillę materię ſint. Cap. I.

Cum de his dictũ ſit: q̃ com edẽdo iuuãt: ad ea veniendũ eſt: q̃ bibẽdo nos alũt: id eſt potionẽ. hæc autẽ nõ oĩm tantũ morborum: ſed etiã ſedę valitudinis cõmune p̄ſidiũ eſt: p̄tinetq; ad rẽ oĩm proprietates noſſe. primũ: vt ſani ſciant quõ his vtanť: deinde vt exequẽtibus nobis morborũ curationẽ, liceat ſpecies rerũ, q̃ aſſidue neceſſarię erũt, ſubijcere. Neq; neceſſe ẽ ſubĩde ſingulas eas noĩare. Scire igiť oportet q̄ ex potiõibꝰ q̃cũq; ex frumẽto facta ẽ: itẽq; lac: mulſum: paſſum: vinũ aut dulce: aut vehemẽs: aut muſtũ aut magnæ vetuſtatis, valẽtiſſimi gñis eſt. At acetũ: & id vinũ qd paucorũ annorũ: vel auſterũ: vel lene eſt: in media

materia eſt:ideoq; infirmis nūq̄ generis alterius dari debet Aqua oim ibecillima eſt. Firmiorq; ex frumēto potio eſt: quo firmi⁹ fuit ipſum frumētū.firmior ex eo vino qđ bo no ſolo q̄ qđ tenui:qđq; temperato cælo: q̄ qđ aut nimis hūido:aut nimis ſicco:nunq̄; aut frigido,aut calido na= tū eſt.Mulſum quo plus mellis habet.Paſſum quo ex ſic= ciore vua eſt,eo valētius eſt. Aqua leuiſſima pluuialis eſt: deinde fontana:tū ex flumine:tū ex puteo:poſt hęc ex ni= ue,aut glacie:grauior his ex lacu:grauiſſima ex palude.

¶Problemata.

¶Cur pot⁹ multus,aliquādo & paucus alui ꝓfluuiū inhi= bet?nūquid q illud qdē vtpote paucū merito exiccat:hoc vero ꝑpter affluētiā in micturā ſecedit:ipſūq; ex aluo hu= midū cōſequit?pariter em̄ vtrūq; deijci nō cōſueuit.ſed cū aluus deijcitur mictura magis exareſcit.exinanitionē nāq; fecit ex aluo in multam micturam multus potus.

¶Cur vinū magis q̄ alia calida ebriū facit?calidū eſt: & te nue:& p̄terea humidū:celeriterq; modificationē, digeſtio= nēq; inuenit p mēbra incoctā vaporū : & cerebri cauitates implēdo ebriū reddit. Alia vero q̄ ſemp calida ſūt cōcurrē tē neutiq̄ habēt humiditatē ac tenuitatē:ſed craſſa & gra= uātia tarde referunt.Cōcocta ideo ſerā modificationē icō= coctā vaporum habent:ac non ebrietatem pariunt.

¶Cur inueteratū vinū calidum,& aridū eſt? Qꝛ diu in va ſe cōſidēs:& atterat:& digeratur:in ſeſe redeat: vaporādo deſpumeſcat:& attenuetur:totūq; cōcaleſcat:ſicut in alijs eſt ſpeciebus in ſeſe atterentibus:quę in caliditatem aridi= tatemq; ex motu conuertuntur.

¶Cur poſt fructuū eſitationē:vt ficuū,cęterorumq; gn̄is eiuſdē:vel vinū merum:vel aquā ſuperbibere debeamus quæ quidē aduerſa inter ſe ſunt. An quia genus pomorū & calidū,& humidū cauſa ſuæ generationis eſt?Habet em̄ tū ignis copiā tum humoris.itaq; ſuccus pomi veluti fer uorē intus pigue excitat: quomodo muſtū foris efferuet

vini tamē hebetiore.humor autē minus cruditatē cōmittit Aqua igit̄ ſuo frigore feruorē illū frāgit:atq; extinguit.& vinū ſuo calore idē plærūq; efficere poteſt:q̄ppe q̄d perin de atq; ignis igni mult⁹ pauco vires ſubtrahat. Ampli⁹ ta men humoris copiā ſuo calore emollit:& cōcoquit: ſucq; pōdere innatātē illum feruorem vincit ac reprimit.

¶De potu in vniuerſum Collectiones.

¶Dico q̄ potus duarum cauſa vtilitatū neceſſarius fuit Altera eſt vt corpus humectaret:repleretq; locū earū quę diſſoluūtur humidarum ſubſtātiarū. Altera vero vt cibū trāſmittat: & ad omnia perferat mēbra corporis:& illi præ ſtet tenuitatem: qua eius facilitet̄ tranſmiſſio per meat⁹ & vias.hęc Hali.v.theoricæ cap.xxix.

¶Permixtio & vnitio ad digeſtionē ordinat̄:& hęc ad nu tritionem: & tādē ea i ſalutis cōſeruationē.Permixtio au tem elegātior fit cū ſimul comedit̄ & bibitur:eo q̄ cibum groſſioris ſubſtātiæ oportet ad bonā cōmixtionē ſubſtan tiæ liquidę admiſceri: vt mixtio indicat elemētorū diuerſa rum naturarū exiſtentiū.Et etiam quia digeſtio eſt perfe ctio a proprio,& naturali calido:ecōtra iacētib⁹ paſſionib⁹ vt dixit Ariſtoteles i quarto Meteororū.Vbi ergo magis ſaluabitur digeſtionis ratio:pfectior nutritio ſubſequetur hoc autē eſt in ſimultanea pmixtiōe cibi cū potu: cū āpli⁹ cōtraiacētes adueniāt paſſiones qualitatū primarū ſe adin uicem cōtēperātes.Q̄d etiā firmat̄:quoniā oportet q̄d di geri t̄ reddi ſimile in ſubſtantia maſſę ptiſanarię. Vnde pri mo canonis fen prima. Nutriens cū digeritur fit ſua eſſē tia in multis animaliū/auxilio eius quod ei admiſcet̄ de eo q̄d bibitur/plęrūq; chilus:& eſt ſubſtātia liquida ptiſanę in ſpiſſitudine ſimilis.Cū autē cibus ſit groſſus vt plurimū; & penetrationis tardę:admiſceri ei opus eſt q̄d eum liqui dum reddat:& penetrare faciat:hoc aūt eſt potus.ideo bi bere fuit neceſſariū ſemp cū comedit̄:niſi cibus ita liq̄dus eſſet:vt ſubſtātiā fere potus habeat: cū quo,aut non pota

re:aut non ita neceſſe eſt:cū ſua ſubſtãtia iã permixta ſit & ſubtiliata, vt ſufficiens ſit penetrare. hoc tñ raro cõtingit.
¶ Scias q̃ bibere aquã cum aliquis eſt ieiunus:& poſt exercitiū,& balneationem,& proprie ventre vacuo, vehemẽter eſt impediens. Et multã quoq; aquam frigidam bibere eſt malum. q̃ ſi vehemẽter neceſſarium fuerit/ ſit poſt ſufficiẽtẽ comeſtionẽ. Hęc Auicẽna.iij.primi doc.ij.ca.viij.
¶ In potationis regimine obſeruãda eſt regula:ne aquã ieiuni,vel ſup mẽſam niſi poſtq̃ comederint, & ventris ſuperiora alleuiata fuerint,ſumere p̃ſumãt. Raſis.iiij. Almãſoris cap.v. Et infra ſubiũxit. Nullus etiã ieiunus aquam bibere debet:niſi q magnũ habet ardorem. Et poſtea ſubdit. Homo autẽ famelicus,& vacuus vinum bibere nõ debet:neq; poſt cibum acutum: neq; poſt balneũ:neq; poſt motum fortẽ. Et ideo dicebat Galenus in ſecundo aphoriſmorũ cõmẽto.xxj. Si quis famelicus vinum ante cibũ acceperit,cito in ſpaſmũ,& mẽtis alienationẽ incidit. Quę omnia vera ſunt in nõ aſſuetis. quoniã in aſſuetis nõ videmus p̃dicta accidẽtia cõtingere. Ideo dicebat Cõſiliator in differẽtia.cxviij.cũ Auicẽna in tertia primi. Vſus ſunt res extra rationẽ exiſtẽtes.& illud oſtendunt bibuli Germani, Britones,& Normãni:qui cõſuetudine deprauata fere illæ ſi tabernas ante luciferum expoſtulãt. Multoties tamen & ipſi cum ſua conſuetudine repente moriuntur.
¶ Homo nõ debet bibere vinum poſt ciborum ſaturitatẽ niſi poſtq̃ deſcẽderit cibi:neq; poſt crapulam. Hęc Raſis. iiij. Almãſoris cap.v. Et in lib.xxv.cõtinẽtis ca.j.cauſam dictorũ expreſſit cũ inquit. Quoties ſequitur cibũ potus abũdãs:p̃hibebit q̃ nõ circũferat ſuper ipſum ſtomachũ & nõ digeratur. Vnde ſup cibum ſumatur i potu aqua in quãtitate mitigãti aliquã partem ſitis nõ in toto. abſtinẽtia fiat ſitis dum digeretur cibus:& deinde bibat ad ſuũ velle quoniã tũc ſubtiliabit,& illũ ſupportabit. Quę fuit ſententia Galeni in lib. de diſſolutione cõtinua ſic ſcribẽtis. Non

oportet vnq̄ q̄ qs accipiat ex vino multū in principio ac ceptionis cibi:nc deſcēdat cib⁹ cum vino, & prohibeat digeſtionē:ꝑpterea q̄ ſeparet inter ſubſtātiā ſtomachi, & inter cibū.Et qñ nō tāgit ſtomachus cibū,nō mutat in ſĩl'itu dīnē corporis cōueniētē: ſed remanet in ipſo indigeſt⁹. Et debent iſti qui accipiūt cibū,cum ipſo ſumere de vino q̄d ſolū ſedet ſitim:& abſtineāt ſe cū quātitate in qua poſſint, & quieſcant donec digeſtio fiat:poſtea ſumāt de vino put optauerint:nā ipſum adiuuat ad deſcēſum cibi & ſubtiliat vt penetret & vt ingrediaẽ venas ſubtiles.Hęc Galenus.

¶Duplex eſt potus.Quidā dicĩ permixtiuus: vt ille qui vna ſumiẽ cū alimētis.Alter vero delatiuus: ſicut ille qui exhibeẽ facta digeſtiōe in vētre,& dimidiata in hepate: vt cibū faciat penetrare.Qđ in cōſuetis, & in his qui volunt impinguari cōuenientiſſimū eſt.Qui aūt non ſunt aſſueti & ſufficiēter in mēſa biberunt,id in eis neceſſarium nō opinamur.Et hęc fuit ſentētia Cōſiliatoris ĩ differētia. cxviij.

¶Debet pręterea q̄ſq; ieiunus vel poſt balneum vel poſt coitum vel poſt fortem motū qui hominis anhelitum frequentē facit,cauere ne multum aquę frigidę ſubito bibat. Hęc Raſis.iiij.Almāſoris cap.v.Et infra ſubiūxit.Homo aūt famelicus & vacu⁹ vinū bibere nō debet: neq; poſt cibū acutū nec poſt balneū nec poſt fortē motū. Et ita ſentit Auicēna in.iij.j.ca.viij.ſic dicēs.Bibere aquā poſt exercitiū,& balneationē,& ꝑprie vētre vacuo, ē multū īpediēs

¶Vinū q̄dē poſt quodlibet cibariorū bibere eſt malū: q̄m ſupra cibū mali chimi bibere vinū,dum comediẽ:aut ante aut poſtq̄ digeriẽ: eſt malū:quoniā facit malū chimū in extrema corporis penetrare. ſilr ſup fructus,& ꝑprie melones.Ex ſentētia Auicēnę in.iij.j.doc.ij.cap.viij. Et in parte.ij.cāticorū textu cōmēti.xxxiiij.ſic etiam dixit.Non eſt continuādus omni die potus vini:nec eſt bibendus a ieiuno:nec etiā poſt aſſumptionem cibi ſubtilis: vel acuti.Et propterea iuſſit Ariſtoteles in.xxij.problematū problema

te.viij.q; ſuper fructus calidos aqua biberetur:ſuper frigidos vinum bonum,& parum rectificationis.

¶Ebrietas,ſi frequentet,plurimas affert corpori læſiones quarũ aliquę hę ſũt:mẽtis corruptio:animi attenuatio:virtutũ animaliũ eneruatio:repletio ſcilicet venarũ,& ventriculorũ: naturalẽ ſubmergit calorẽ: eũq; refrigerat:qua ex re apoplexia fit:paralyſis:eneruatio: obſtupefactio: epilepſia:tremor:& ſpaſmus.Hæc Hali.v.Theoricę cap.xxx.

¶Cauſa frigidi morbi plenitudo pot⁹erit.Nã plurimũ fit cauſa epilẽtię,& pcuſſiõis ſenſus, & mot⁹,& aliorũ morborũ frigidoꝝ.Hęc Galen⁹ in.ij.de accidẽti & morbo cap.iij.

¶Neq; vini tãta ſumẽda eſt quãtitas:vt ex ea grauet ſtomach⁹:niſi aliqs poſt ei⁹ potũ ſibi medicari velit. Hęc Raſis.iiij.Almãſoris cap.v. Q uę qdẽ fuit ſentẽtia Galeni in prio Therapeuticę cap.vj.dicẽtis.Intẽſio quãtitatis i potu quidẽ eſt:vt nũq̃ nauigẽt i vẽtre cibi,& vt fluctuatiões nõ operent aliquẽ ſenſum:ſicut i cibarijs: maxie qdẽ ſi poſſibile eſt vt neq; grauẽt vnq̃ i vẽtre.Et hoc eſt qd̃ pceperat Auicẽ.i.iij.j.ca.8.cũ inqt.Si ex cibo aut vino repletio acciderit,ip̃ſ euomat,& hydromel bibat,& poſtea etiã ip̃ſ euomat,deĩ os ſuũ aceto & melle abluat,& faciẽ aq̃ frigida.

¶Cũ vinũ in corp⁹ penetrauerit,& fuerit calidũ:nõ elõgabit multũ a natura,& accidit velox reſolutio. Qz ſi cũ eſt frigidũ penetrauerit,fiet nocumẽtũ: qd̃ nõ fit ex alijs frigidis rebus:qm̃ illę tardãtur donec caleſiant:neq; earũ penetratio eſt ita velox:ſicut iſtius: & pcipue in corporib⁹ quæ horipilationi ſunt apta. Hæc Auicẽna.ij.primi ſumma de pulſib⁹ cap.xj. Vnde Hippocrates in.xvij.particulæ.v.dixit. Frigidum ſpaſmos/& tetanos facit/ & nigrores/& febrium rigores.Et in alio aphoriſmo. Frigidum eſt inimicum neruis,oſſibus,dentibus,cerebro,ſpinali medullę.Et in.xxiiij.eiuſdẽ dixit.Frigida velut nix aut cryſtallus pectori ſunt inimica,tuſſes commouentia.

¶De vino. Cap.II.

VInum ſecundi eſt calefacientiũ ordinis:ſatis vetus tertij:vt muſtum primi.& quoniã plures vini differẽtię ſunt:paucis diſtinguẽdũ.Cũcta igitur vina rufa,& craſſa,gignẽdo ſanguini aptiſſima:quia breui modo exiguaq; egẽt mutatione. Inde nigra,& dulcia:inde rufa,& nigra. Subſtantia vero craſſa,& aſtrigẽtia,q̃dã vi acerbida. Alba & tenuis ſubſtãtię,aquæ ſimilia,in aluo cõcoquũtur & reddũtur.Magis dulcia autẽ q̃ auſtera,vtpote magis calida,iteſtinis cõgruũt: & magis citant ventrẽ.quę craſſa,tardius cõcoquũtur.quæ vẽtrem nacta validiorẽ:vt bene cõcoquãtur:multũ alimentũ præbent: corripiunt & obſtringunt aluum,& micturam cohibẽt,craſſumq; humorẽ generãt. ſunt quorũ venę obſtruãtur,& iecur,& lien offendũtur,& renes:generãturq; calculi. aqua intercuti vitianť qui eo frequẽter vſi ſint: præſertim ſenes. Probatiſſimũ vero vinũ,& valentibus accõmodatius,& ægris,qđ colore rufum,ſubſtãtia tenue: aliquaten⁹ acerbeſcẽs. Sũt fere vino colores quatuor. Albus/fuluus/ſanguineus/niger.precellit ſanguineus.Inquit eñ de complexionib⁹ Galen⁹. Vino ſua & eximia exiſtit in mutatione celeritas.Eſt nãq; vt facula & filum oleo perfuſum:ſtupaq; & pix.Vitãdus eſt vini vſus pueris & iuuenibus.Nã vt Plato lib.ij.de legibus ſcribit.Ab ebrietate & vini repletione iuuenes omnino abſtineant. Nulli penitus interdiu vinum concederem niſi exercitationis corporeæ morborumq; cauſa hoc potu opus fuerit. Neq; etiam noctu viro vel mulieri quando liberis operam dare volunt.Gubernatores etiam atq; iudices munus ſuum ſubituros a vino penitus prohiberẽ.Deliberaturos quoq; de rebus nõ omnino negligendis. Ac vini vſus ferme omnium moderatiſſimus,& parciſſimus eſſe debet.

¶Problemata.

¶Cur ebrijs vox magis infringitur:q̃ ſobrijs?Nẽpe quoniam ſatur atq; expletus cito vocem infringit. Cõiectura

huius eſt:q neq; chori a prādio exurgētes ſe exercēt:neq; hiſtriones:ſed cū ieiuni ſunt. At cū ſaturi,ebriiq; ſunt,nō iniuria voces magis infringunt.

¶Cur in Aegypto:quæ æſtuoſiſſima eſt:vinū frigidum naſcitur? Eadē ſane de cauſa. ad vitium ſiquidē radices refugit frigus:ipſaſq; frigefacit:vtpote quę præ cæteris ſtirpibus paſſioni ſunt obnoxiæ.

¶De vino,Ex traditionibus auctorum Collectiones.

¶Vinū eſt ſubſtātia liqda ex vuis expreſſa:ex cuiꝰ ſuſceptione corpus nutritur,& nutrimentū p partes corpis illo portaī. Ex cōſiliatore in.iij. problematū cōmento primo. Et i ſui Cōſiliatoris differētia.lxx.Vinū eſt ſuccus ex vuis maturis expſſus:& liquor cęteris naturę humanę amplius accōmodatus.gaudet eñ ipſo q̄ maxime cū pportionē eidē:cuius cōplexio calida eſt,& humida:niſi antiquū ſit & quatuor annorū & ſupra.Tunc enim calidū eſt,& ſiccum.

¶Pueris quidē vinū ad bibēdū dare eſt ſicut ignē igni addere in lignis debilibꝰ.hęc Auicēna.iij.j.cap.viij.ij.doctrinę. Q đ accepiſſe videī a Raſi in lib.xxv.cōtinētis capi.j. dicēte.Infantes,& pueri q nō ſunt ętatis.xviij.annorū nō debēt guſtare vinū : quia nō debēt addere ignē ſup alium ignem:ſed iuuenes poſſunt ipſo vti cum temperie.

¶Scias:q vinū,& ceruiſia mala ſūt pueris: eo q eorū capita replēt malo calore: calefaciūt enim eos,& mentē eorū perturbāt.Hæc Auerrois. vj.colliget. Quæ fuit ſententia Galeni i primo de regimine ſanitatis dicētis.Eucratꝰ puer vſq; ad plurimū non debet guſtare vinū:quia bibitū ſufficiēter humectat,& calefacit corpꝰ, & implet caput vaporibus.& cū omnis immoderātia obſit eis: hęc quę circa calidum & humidum,maxime eſt eis nociua.

¶Potus aptus eſt vinū ætate qdē mediū:forma vero purū,lucidū,in colore albū aut ſubrubeū : odore vero ſuaue in guſtu vero neq; aquoſum oīno:neq; aliquā vehementē

qualitatem oſtēdens:nec ſtipticā,nec amaram,neq; dulcē. Hæc Galenus.iij.Techni textu cōmenti.ccv.

Vinum amplius morans in ventre nihil familiare,neq; vtile ſenibus affert:ſiue fuerit album,ſiue nigrū. Nigrum eñ vinū ſenibus nō eſt vtile:neq; ante cibum,neq; multo magis alio tempore:quia nullū groſſum vtile eſt ſenibus: qm̄ oppilātur ex eis renes,& hepar,& ſplen &c.Rationem quoq; aliā adducit in.vij. Aphoriſmorū cōmento.vij.cū dicit. Calor naturalis ſenū congelatus,& extinctus a vino nimio ſuperat: ſicut flāma aquis multis ſolet extingui:& lucerna mlto oleo ſibi appoſito.Caueāt itaq; ſenes a multa vini etiā laudatiſſimi quātitate: licet ipſorū nonnulli lac eorū eſſe huiuſmodi vinū prędicēt. Quibus hac in re non eſt fides adhibēda.Vinū ſit eis magis pro medicina:q̄ pro cibo propinādum.& propterea cōtenti ſint de tēperata vini,& reliquorum omnium quantitate.

A triſtitia omni,& anguſtia alleuiat euidēter vinū bibitū.quotidie cū hoc experimur.& Zeno (vt aiūt)dicebat: quoniā ſicut amari lupini infuſi in aqua fiūt dulces:ita & ipſe a vino diſponebat. Theognis etiā dicebat. Vinum cū bibitur multū,malū eſt.Si vero id aliquis bibat ſapienter: nō malum eſt,ſed bonū.Vere enim ſi moderate bibatur,digeſtioni,& diſtributioni,& ſanguificationi,& nutritiōi,multū cōfert: & cū hoc animā noſtrā māſuetiorē,& audaciorē efficit,p mediā videlicet cōplexionē corporis, qua rurſus ipſam operatur per mediū humorū.Hæc Galen9 in lib.de ſequela potentiarum animæ ad complexionē corporis.

Vinū eſt cibo bonū: penetrator in toto corpore:incidit phlegma,& reſoluit ipſum: & choleram rubeam ī vrina,& alijs extrahit:& choleram nigram labi facit,& facile exire, & eius flectit nocumētum propter contrarietatē.hæc Auicenna in.iij.ſ.doctr.ij.cap.viij. Et in.iiij.ſ.capi.ij.inquit.Vinum temperate bibitum in humectando eſt forte:& rectificat colorem plumbeum.Similiter & Iſaac in vniuerſalib9

dictis ſic ait. Vinũ augmẽtat calorem naturalẽ: cibus vero fatigat. Et in particularibus inqt. Vinũ bonũ dat nutrimẽtum, corpori ſanitatẽ reddit, & cuſtodit: ſi ſic accipiatur ſecundũ ꝙ oportet: & quantum natura valebit ſufferre. confortat eñ virtutẽ, nõ ſolum in ſtomacho: verũ etiã ſecundã: quæ eſt in hepate. Vnde Rufus. Vinũ nõ ſolũ cõfortat calorem naturalem: verũ & turbidum clarificat ſanguinẽ: & aditus totius corporis, & maxime venarum aperit: tenebroſam fumoſitatẽ triſtitię generatiuã a corde expellit: totiuſq; corporis membra corroborat.

¶ Vinũ tẽperatũ totũ corpus calefacit mẽbra perforans, humores tẽperans, & calorẽ naturalem excitãs. Hęc Galenus in. vj. Aphoriſmorũ cõmẽto. lvj. Et in. iiij. de regimine ſanitatis cap. j. dixit. Vinũ ſup omne aliud digerit ſemicrudos humores: & ſudores, & vrinã ꝓuocat, & ſomno cõfert. Vnde Auerrois in. vj. colliget cap. de regimine corporis tẽperati dicit. Vinũ & ceruiſia duabus reſiſtunt choleris & eas a corpore expellũt: melancholię vero a tota ſpecie reſiſtunt: ſed choleram rubeam per vrinã educunt, & mẽbra humectant: in quibus ſiccitas ſuperuenit.

¶ Si bibatur aqua cũ vino: ſedabit ſitim plus q̃ ſi bibaẗ ſola: qm̃ vinũ adiuuat aquam ad penetrandũ: & facit ipſam ꝑuenire ad loca ad q̃ ſola non ꝑuenit. hęc Galenus in primo de ſimplici medicina diſtin. iij. cap. vj. Et in ſecũdo regiminis acutorum cõmẽto. xxviij. dixit. Vinũ aquatum cõmixtũ debilitat ſtomachũ: verum bibere quãtitatẽ paruam ex eo eſt conueniẽs ſtomacho qui exiccatus eſt. Et in cõmento. xxxiiij. eiuſdẽ inquit. Vinum aquatum cõmixtũ mollificat ſtomachum, humectat eum/debilitat ipſum, & generat in inteſtinis ventoſitatem. Sicut vinũ purum facit ſaltum in tẽporibus, & grauitatẽ in capite, & ſitim, propter ſui caliditatẽ: ſic aquatum facit contrariũ eorũ, ꝑpter humiditatẽ ſuã, & frigiditatẽ. Et ꝑpterea cõcludẽdũ eſt: ꝙ qui debilẽ ſtomachum, aut frigidum habuerit, omnino ſi

cut & debilia habentes viſcera debent vinū cōmixtū non accipere:ſed illud fortioribus medicinæ gratia derelinq̄re: qui ſecure quandoq; poſſunt vti:& p̄cipue in ęſtate,& calida regione,& potui commixto conſueti.

¶Vinū aquoſum,& ſubtile,atq; albū naturaliter eſt aquæ vicinū:& illius virtuti vicinat̄ ad nutrimētū:vnde vrinā ꝓuocat:nec corpus inde nutritur:niſi parum.hęc Galen⁹.ij. Aphoriſmorū cōmēto.xj.Et in.v.Therapeuticę ca.ix.dixit. Vinū aquoſum bibitū vniuerſas mouet excreatiōes. Et in lib.de Euchimia cap.viij.ſimiliter tetigit iuuamentū ei⁹ de vrinę ꝓuocatiōe:cū ait.Q ueq̄cūq; vinorū ſunt aquoſa & ſubtilia ſecūdū cōſiſtētiā vrinā mouentia pauciſſimū nutrimētū dāt corpori.Et infra ſubiūxit.Meliora vina ad vrinationē ſunt q̄ ſubtilia exiſtūt,& caput minime tangūt & ꝓpter has cauſas febricitantibus ſunt cōuenientia.

¶Vinū albū,ſubtile,cōmixtū,eſt melius febricitantib⁹ q̄ aqua:ꝓpter illud qđ eſt in eo de ſudatione, & ꝓuocatione. Hęc Auicēna.xiij.iij.tract.j.ca.xxix.Et infra ait.Vinū fractū p cōmixtionē cōfert febricitātib⁹:cholericę in declinatione pręſertim:quoniam infrigidat,& humectat vehemēter.Hoc quoq; ſentit Iſaac in particularibus diætis dicens Vinū albū,& aquoſum ſecurius datur febricitātibus:cū facile fumo,& ſudore egrediatur.

¶Palā intelligimus vinū albū & nigrū eſſe minus cęteris calidū : ſed albū magis q̄ nigrum humiditati ptinet ꝓ ſui ſubtilitate,& aquoſitate ſibi dominante:& groſſitate, atq; terreſtreitate nigro dominātib⁹.Hęc Iſaac in particularib⁹ diętis.Et poſt aliqua ſubiūgit.Nō inuenimus vinū ſubtile,& aquoſum:niſi albū,& albedini vicinū:ꝓpter hoc albū eſt ſubtilius,minuſq; cōmixtionē ſuſcipit.eſt & ſenſu facile:cito digeſtiuū:& velociter venarū perforatiuū, & vrinæ ꝓuocatiuū.parū tñ nutrit propter ſuam leuitatē:vnde cito in caput aſcendit:& facit ebrietatem cito diſſoluēdam. nigrum vero contrarium facit.

¶Vinū aquoſum & ſubtile atq₃ albū naturaliter eſt aq̄ vicinū:& illius virtuti vicinat̄ ad nutrimētū:vnde vrina prouocat̄:nec corpus inde nutritur:niſi paruiſſimū. Hęc Galenus in.ij. Aphoriſmorū cōmēto.xj. Et in.iij.regiminis acutoꝝ cōmēto.viij.dixit. Vinū albū eſt minoris calefactiōis oībus vinis. Et Hali.in.v.Theoricæ cap.xxx.ait. Vinum albū eſt aquę ſiſe:qd̄ min⁹ reliqs oībus calidū eſt. Et ꝓpterea dicebat Auicēna.iij.j.doc.ij.ca.viij. Vinū albū,& ſubtile,calefactis eſt meli⁹:nō em̄ capitis efficit dolorē: ſed fortaſſis humectabit:& dolorē capitis alleuiabit:q ex ſtomachi ardore ꝓuenit. Et in doc.iij.eiuſdē cap.iij.ſic etiā inquit Vinū albū & ſubtile eſt pauci nutrimēti,& datur loco aquę Et ideo dicere poſſum⁹ ꝙ vinū albū vt eſt vinū noſtrum Lugdunēſe:aut vinū Lotharingū:vt Tullenſe, & Pariſiēſe ꝓprie magis via medicinę,q̄ via nutrimēti vel roboris ſit ꝓpinādū:licet oppoſitum ſentiant aliqui delirantes.

¶Vinū qd̄ eſt croceū/fortioris ē caloris,& robuſtioris acuminis:citiuſq₃ ad mēbra trāſmittit̄, & rubeā parit cholerā & cephaleā.qd̄ in ſanis etiā eſt verū:& nō in febricitātibus ſolū. Hęc ex ſentētia Hali.v.Theoricę ca.xxx. De qb⁹locutus eſt Galen⁹ in prio regiminis acutoꝝ dicēs. Vinū citrinū eſt malū in eo quo indiget ille q habet febrē: qm̄ eſt calidū vehemētis caliditatis. Et Galen⁹ etiā in.iij. eiuſdem cōmēto.ix.dicit. Vinū citrinū vehemēti⁹ lędit caput:& mētē:qm̄ eſt calidius nigro:& ꝓpter hāc cauſam fit addens in febribus.qd̄ eſt quoniā conuenientiora in febribus ſunt vina aquoſa tantum.

¶Vinū qd̄ eſt rubeū/& clarū:fortis eſt caloris/& ſiccitatis: cito trāſiēs ex ſtomacho:& in corpore ſanguinem generat qui ad acumē declinat:naturalē confortat calorem:ſi conueniēs de eo mēſura porrigatur. Eſt quoq₃ vinum ſubrubeum:qd̄ etiā fortis eſt caloris & plurimi nutrimēti: bonū generās ſanguinē ſi in moderata ſumatur quātitate. Hæc Hali.v.Theoricę ca.xxx. Et poſt pauca ſubiūgit. Eſt etiā

aliud vinũ cuius color eſt niger : qđ amplius nutrit:eiuſq́ʒ color eſt ſub croceo,& in corpus tranſmiſſio tardior.

❡Vinũ terreſtre , & groſſum oppoſitũ eſt ſubtili & aquoſo. vñ quia groſſum eſt:plus cęteris grauat ſtomachũ:durũ eſt ad digeſtionẽ faciendã: & difficile ad perforãdas venas:vrinã nõ prouocat,tardeq́ʒ ad caput aſcendit,propter ſui fumi grauitatẽ,atq́ʒ groſſitiẽ.Idcirco nõ facit ebrietatẽ qđ tamen ſi fecerit:nõ cito diſſoluetur.Hęc Iſaac in particularibus dię tis.Quę ergo delectabilia fuerint groſſa,& nigra,& non turbida:non ita fugienda ſunt niſi a ſenibus & a timentibus oppilationes.

❡Vinũ dulce calidum eſt in ſecũdo gradu,& ſiccũ in prio aliquãtulum tamen humiditati pertinet:propterea eſt groſſum,& illaudabile in ſua actione:niſi quia vẽtrẽ ſoluit. qa in omĩ re dulci vis laxatiua , & colatiua inuenit.Qđ vinũ ſi aliquid inuenerit in corpore:qđ ipſius contrariũ ſit actioni:& cohibetur ad exeũdũ:calefacit,& bullit, aſcenditq́ʒ ad ſuperiorẽ partẽ ſtomachi : & conuertitur in cholericos humores,ſitimq́ʒ generat,& ventoſitatem in ſuperiori parte & lateri nociuam:oppilationem in hepate , & ſplene generat/lapidem in renibus creat:maxime ſi inuenerit hæc mẽbra talibus paſſionibus pręparata, aut digeſtiuam virtutẽ debilem.propter hoc caueant illud quibus groſſa,& humida donatur dięta:quia ſi aſſueuerint eo , ꝑfecto in hydropicam incident paſſionem.Hęc Iſaac in particularibus dię tis.Et poſtea dixit auctoritate Galeni ꝙ oppilat hepar:qa peruenit ad ipſum per largas vias.Pulmonem autem minime:quia per anguſtas. Illud tamen caueãt:quia generatur ſitis:eorum enim calorem augmẽtat:& humiditatẽ ſaliuę deſiccat,& ingroſſat:fitq́ʒ quaſi creta:& annectitur canalibus pulmonis. Et quia etiam cõuertitur ad choleram, cauendum eſt:dicẽte Galeno in.iij. regiminis acutorũ cõmento.iij.Poſt mel vinũ dulce inter cæteras res dulces eſt facilius in cholerãm conuertibile.Auicenna in.x.iij.trac.j.

cap.vj.dicit.Vinum dulce vehementer aperit oppilationē pulmonis: ſicut ipſum vehemēter generat oppilationem hepatis.Et eſt melius vinū habētibus in pectore ægritudinē.verum nō oportet vt bibatur in pleureſi,& periplemonia:niſi poſt maturationē:neq; ſumatur in potu ab illo cuius hepar aut ſplen eſt infirmum.

¶Vinū ſtipticū eſt paucę caliditatis quando cōparatū alijs vinis: & ꝑpter hoc fit:q; potus ei⁹ cōfert diarię. verūtamē nō ꝓuocat vrinā:& tale eſt cōueniēs calidas habētibus cōplexiones,& hepar inflāmatū.Hęc Galen⁹ in.iij.regiminis acutoꝝ cōmēto.v.Et Auicēna in.iij.j.doc.ij.ca.viij.dicit. Quibus vinū calefacit & inflāmat hepar,vtātur tali quale eſt ſuccus vuæ acerbę:huiuſmodi autē eſt vinū acreſtiuū.

¶Pōticum vinū & acerbū dur⁹ eſt,& grauius, tardiuſq; digeritur:venaſq; difficilius dulci perforat:quia dulce calidius eſt,& acceptabiliorē ſaporem habet. Pōticum autem videtur eſſe terreſtre:aut paruū habēs ſaporem:vnde difficile eſt ad perforandum venas:neq; vrinam,neq; egeſtionem,aut ſudorem prouocat. nō ergo bonum ſanguinem generat:vētrem tamen,& inteſtina cōfortat. Stringit ergo egeſtionē de ſtomacho defectione:maxime ſi ſolutio cauſa caloris fiat.cuius ſigna ſunt raſura inteſtinoꝝ &c.Vnde Diaſcorides.Vinū(inquit)acerbum diureticum eſt.ſed neſcimus qua intētione hoc dixerit. Hæc ex ſententia Iſaac in particularibus dietis.

¶Fugere autē oportet a groſſis ſimul,& fœtidis vinis,& ab indelectabilib⁹,& auſteris. Vinū auſterū nō ſīr̄iter euchimū:ſed robur imprimit debili ſtomacho,& vētri,& maxime ſcd̄m diſcraſiā calidā patientibus.Hęc Galenus in lib. de euchimia & cacochimia capi.viij. Et in libr.de vinis ſic quoq; de eo ſcripſit. Auſterū vinū neq; ipſum eſt diureticum:ſed ſicut groſſum tardat circa hypocondrium.

¶Vinū odoriferū ſuū liquorē ſignificat eſſe ſubtilē/tēperatū / & ex omni ſorditie mūdificatū,penituſq; digeſtiuū,

vnde clarũ ſanguinẽ generat,& laudabilẽ,& mũdum. Cordis ergo eſt cõfortatiuũ:animãq̀ʒ lętificat:& anguſtiam expellit:quoniã mũdificat ſanguinẽ a ſorditie ĩ corpore exiſtente:qua expulſa ſanguinis fumus groſſus,turbidus,& obſcurus, ſolit⁹ naturalis caloris lumen offuſcare,expellitur. vñ fit cauſa lętitię. Propter hoc ergo huiuſmodi vinũ oĩbus ætatibus & cõplexionibus cõueniens eſt:ſi accipiať vt oportet:& q̃d a natura ſuſtineť. vnde Hippocrates. Vinum inquit odoriferum ſubtilius/leuius/digeſtibilius cęteris eſt,ac nutribilius: quia ſignificat naturã ſuã cõpleuiſſe actionẽ:& omne cõtrariũ ab eo eẽ ablatũ:ꝑinde vrinã ꝓuocat:citoq̀ʒ ad caput aſcẽdit:& facillime ab eo inebriať:ſed tamẽ cito ab ea liberať. Vinũ vero q̃d nullius eſt odoris,innuit ſuę fumoſitatis groſſitiẽ:grauitatẽ:& ĩdigeſtibilitatẽ. Idcirco illaudabilis ẽ nutrimẽti:ꝑpter hoc nec mũdificat:nec ſanguinẽ clarificat:neq̀ʒ cõfortat cor:nec creat lætitiã:groſſos etiã augmẽtat humores,& fumũ turbidũ generat & obſcurũ.quare fit cauſa triſtitię. Sed tñ ꝑpter ſuã grauitatẽ,& groſſitatẽ nõ cito in caput aſcẽdit:& ebrietatẽ generat:ꝙ ſi fecerit,dure tardeq̀ʒ diſſoluiť. Hæc Iſaac ĩ particularibus dię tis. Et ſubdit. Vinũ inter ſubtile,& groſſum,eſt mediocre:cui⁹ odoris mediocris fit actio & paſſio eius,ſecũdũ ꝙ eſt ꝓpinquũ vel remotũ ab eorũ extremitatibus.

¶ Vinũ fęculentũ,& antiquũ,& nouũ etiã,q̃d nõ eſt clarificatũ,generat ſanguinẽ vaporoſum,fęculentũ,& tenebroſum. Si tñ clarificatũ eẽt,ſecus cõtigeret.hęc Auicẽna prima.iij.trac.v.cap.x. Et in.xj.iij.trac.ij.ca.viij.dixit. In vino q̃d recẽs eſt fortis exiſtit virt⁹ ad aggregãdũ ſpiritũ,& cõfortandũ ipſum. & ꝓpterea vinũ nouũ cõmouet coitũ.

¶ Cũ vinũ purificatũ nõ fuerit:quale eſt vinũ germanicũ a Lotharingis furetum appellatũ: ad plura perducit nocumenta. cũ dicat Auicenna in.xiiij.iij.tract.iiij.cap.j. Scias ꝙ potus plurimi vini paſſi recentis facit cadere in ſolutionem ventris hepaticã. Cuius quidẽ ratio eſt:quia(vt Iſaac

refert in particularib⁹ diętis) vino recenti ineſt calor in primo gradu. vnde pertinet frigiditati, & humiditati. Idcirco cęteris eſt nutribilius: malos generat humores, & inordinata ſomnia: & vẽtoſitatem ſtomachi, & inteſtinorum. Vinũ ſimiliter qđ vicine a torculari exierit: quia adhuc eſt idigeſtum, & a bullitione nõ quieuit: neq; terreſtria ad ſuum locum deſcẽderunt naturalem: neq; etiam aereum ad ſuum locũ ſaliuit, ſcilicet ad ſuperiora: neq; liquor ei⁹ clariſſim⁹: mediocriter autẽ ſtans mũdificatur: & lucidiſſimus apparet. Ex quib⁹ apparet ꝙ niſi muſtũ bene purgatũ ſit: & clariſſimũ: ſufficienterq; bullitum: multorũ nocumẽtorũ poteſt eſſe ꝓductiuũ. Et propterea delirãt Germani qui Galitricum in vino qđ furetũ nuncupant imponẽtes vina eorum turbida/obſcura/lutoſa/ſpiſſa reddũt: qui poſtꝙ illis ſe ad libitum repleuerint, paucos poſt admodũ dies ęgrotant, multiq; moriũtur. & bene profecto iacent extincti: ne ſuis cũ voluptatibus malum proximis præbentes exemplum illos corrumpant.

¶ Decet autẽ vini diuerſitates itelligere: quia recẽs qđ vicinũ eſt torculari, calidũ eſt in primo gradu: vet⁹ vero. vij. annos trãſiens in. iij. calidum exiſtit. Mediocre autem qđ eſt a duob⁹ annis vſq; ad quatuor: calidum eſt in ſecũdo. Quãto em̃ vinũ habet caloris paucitatẽ: tanto humidius approbatur. Et quãto calidius, tanto ſiccius. hæc Iſaac in particularibus diętis auctoritate Galeni.

¶ Vetus vinũ qđ trãſit vſq; ad. vij. annos: vel pl⁹: calidũ eſt & ſiccũ in. iij. gradu: & habet qddã amaritudinis: & huiuſmodi vinũ parũ nutrit: citoq; caput aſcendit: & mentẽ percutit propter ſuę punctiõis acumen: maxime ſi multũ ex eo bibat: & parũ ibi aquæ miſceatur. ꝓpter hoc caueãt illud neruos debiles habentes: & qui ſenſus acutos habuerint: magnũ nãq; eis pręſtat nocumentũ: niſi tantã in ſuis corporibus habeãt humiditatẽ: quę bene reſiſtat vini acumini. hæc Iſaac in particularibus diętis.

¶De natura aquarum. Cap. III.

AQua leuiſſima pluuialis eſt: deinde fontana: tũ ex flumine, tum ex puteo, poſt hęc ex niue, aut glacie: grauior his ex lacu, grauiſſima ex palude. Facilis etiã & neceſſaria cognitio eſt naturã eius requirẽtibus. Nã leuis pondere apparet: & ex his quæ põdere pares ſunt: eo melior queq; eſt: quo celerius & caleſit, & frigeſcit: quoq; celerius ex ea legumina pcoquũtur. Fere vero ſequitur: vt quo valentior queq; materia eſt: eo minus facile cõcoquatur: ſed ſi cõcocta eſt, plus alat. Itaq; vtẽdum eſt materię genere pro viribus: moduſq; oĩbus p genere ſumẽdus. Ergo imbecillis hoĩbus: rebus infirmiſſimis opus eſt. Mediocriter firmos, media materia optime ſuſtinet, & robuſtis apta, validiſſima eſt. Plus deinde aliqs aſſumere ex leuioribus poteſt, magis in his quę valentiſſima ſunt, temperare ſibi debet.

¶Problemata.

¶Cur aqua, & oleum frigore denſeſcit: ſed neutiq̃ vinũ: aut acetũ, aut garus? Q2 aqua quidẽ vtpote frigida ſe frigidior effecta facile coit: oleũ vero q̃litatis fere ſit expers: & potius temperatũ ſtatim frigeſcit: atq; adeo vt inter euaporãdum frigefiat. At garus vtpote ſuis partib9 tenuis/ & calidus non cõtinuo frigeſit, eodem modo etiam vinũ. Acetum autem: vt tenuiſſimarũ partium omnem reſpuit concretionem.

¶Cur putealis aqua in hyeme calida eſt: in æſtate autẽ frigida? Reſpõdendum q2 contrarium ſemper fugit, vtpote ſibi infeſtum, cõtrarium. cum ergo calidum, & frigidũ inter ſe cõtraria, atq; corruptoria ſint: non dubium, quin per ęſtatem calor aerẽ ambiat: calidum itaq; in ſinus atq; penetralia fuget frigus: & ob hoc aquã frigefaciat. per hyemẽ vero frigore dominãte in aere calor porro in terrę penitiſſima diffugiẽs aquã caldat. Nã ita natura ſanxit: vt cõtraria in eodem loco per idem tempus ſimul non manerent.

¶Cur aqua calefacta,& ī puteū demiſſa gelidiſſima aqua euadit? Qꝛ quę in puteo frigida eſt,calidā oppugnet aquā & frigiditatis multitudine ſuperans ipſum calidum multo cum algore ipſum adoriatur:perq; calefactam aquam penetret:& perinde ita frigefaciat.

¶Cur aquæ potores viſu ſunt acutiores? Quoniā multū vinum ſpiritalibus fumis vidēdi ſpiritum perturbet.Idem in cæteris euenit ſenſibus.

¶Cur ſi frigida aqua neruis infeſta eſt:calida amica nō eſt ſed & ipſa quoq; infeſta? nam ſi altera infeſta eſt,eius cōtrariā ſalubrē eſſe oportuit.Contraria enim circa idem ſimiliter agere non poſſunt prima ratione:& per idem. Hic ego inquam:ꝙ calor abſolute non eſt infeſtus:ſed calidum,& humidū:qui autem neruos ſaucios habent,eorum nerui ob multum ſenſum,firmitudinem,& obſtipationem deſyderant.Nā cū natura ſicci ſint,humiditas vtpote eis inimica,molles ipſos reddit,& laxat,atq; putrefacit. ꝙ autem calor proprie non ſit infeſtus:vel ex eo manifeſtum:ꝙ oleum quidem cum calidum ſit confotum,vtile ad continendum,& obſtipandum.

¶De natura aquarum,ex traditionibus auctorū Collectiones.

¶Aqua eſt corpus ſimplex:cuiꝰ naturalis locus vt ſit circundās terram:& circundata ab aere: cuius natura eſt frigida,& humida.Hęc Auicenna in prima primi. Ariſtoteles aūt in libello de ſenſu & ſenſato,voluit ꝙ aqua ſit ſubtiliſſimū omniū humorū.quibus in locis auctores aquā purā qđ eſt vnū de quatuor elemētis deſcripſerūt.de qua Auerrois in cōmēto.cxv.ſecūdi libri de anima dicit. Aqua pura nō calefit:ſicuti neq; aer purus infrigidatur. Et nos hic aquā purā nō habemus:ſed aliā nō ita ſimplicē:q̄ alteratur & corrumpitur.vnūquodq; aūt ſimpliciū nudorū non putreſit:ſed ad aliud conuertitur ſimplex.

¶Aqua quę vere eſt aqua ꝓpria,cui nō admiſceť alia ſub

ſtãtia,eſt in virtute ſua frigida neceſſario, hæc Galenus in lib, de ſimplici medicina, Et in diſtin.ij. eiuſdẽ primi libri cap.j.dixit. Aqua ĩ natura ſua eſt frigida,& humida:tamẽ ſi proieceris in eã ſulphur,aut alumen,facit eam calidam, & in diſtin.iij.cap.vj.ait. Aqua cũ hoc q infrigidat eſt magis humida q̃ omnis res: cum nõ ſit aliquid humidius ea pręter aerem.

¶Aqua eſt ſubſtãtia quę adiuuat ad liquefaciẽdũ nutriẽs & ſubtiliãdũ:& vt cito currat:& penetret in venas:& in foramina.neceſſe poteſt abſq; hoc auxilio ei⁹ complemẽtũ rei nutrimenti.Nam aqua nutrimẽtũ penetrare facit, Hæc ex Auicenna in.ij.j,doc.ij.cap.xvj.

¶Bona aqua omnib⁹ ętatibus cõgruit:qđ nõ de vino cõtingit,vel cibarijs.& licet ipſa nõ ſit cibus: ſicuti nõ tãtũ dixit Hippocrates:ſed etiã reliqui medici:eſt tamen compoſitor cibi.Hec Galenus in primo de regimine ſanitatis, & in.iij.regiminis acutorum cõmento.xix,

¶Dico q cum aquę vſus ſit neceſſari⁹ ad ſanitatis custodiã:& ad mẽbrorũ medelã maior oibus reliquis vtilitatib⁹: neceſſarium omnino eſt medico aquarũ cognoſcere naturas:& earũ melioribus vti & vtiliorib⁹ potui: reliquaſq; cauere.Hæc Hali.v,Theoricę.

¶Aqua pura experitur & iudicaẽ de ea per tres ſenſus:q ſunt:viſus/guſtus/odoratus.Per guſtũ qdẽ vt nõ ſit ei ſapor oĩno:ĩmo ſit inſipidi ſaporis ĩ ſummo.Et p viſum quidẽ:vt ſit in ſummo clara,& mũda,& luminoſa.Et ſilr̃ ter in odoratu.oportet eñ vt non ſit ei odor oĩno. Aqua enim:quæ denudata eſt ab his omnibus ꝓprietatibus: eſt apud naturã,id eſt prope purã:nõ tñ munda in fine mũdificationis.ſicut nullũ ſenſatorũ quatuor elemẽtorũ eſt purum:cui nõ ꝑmixtũ ſit aliquid cũ eo.Hęc Galenus in lib.j. de ſimplici medicina diſtin.ij.cap.j.

¶Origo curſus laudabilis aq̃ neceſſe eſt vt ſit cõtra oriẽtẽ aliquãtulũ ſeptẽtrionalem ꝑtingẽs plagã: vt ſeptẽtriona-

lis,& orientalis ventus eam perflet. Hęc Iſaac in particularibus dictis. Auerrois etiam in commento.cxxxj. cãticorum ſic inquit. A quę fontiũ ſecũdũ opinionẽ Hippocratis,& Gale.ſunt meliores.& ex eis maxĩe orientales:& ſup arenã incedẽtes. Et in.v.colliget ſimiliter ait. Melior aquarum ſecũdũ Hippocratẽ eſt aqua fontium orientaliũ:quæ ſcaturit ex terra q̃ nõ habet nimis groſſam ſubſtãtiã, nec nimis mollem, vel luteam:ſed ſit mediocris inter has.& ꝓpterea hęc aqua eſt ſuauior,& leuior,& citius permutatur a calido,& frigido.

❡Quicũq; fontes verſus ſeptẽtrionẽ quidem fluũt ex petris expreſſi,duras habẽt aquas:& tarde icedẽtes. Qui vero verſus orientẽ bonas,ſi per terrã colant puram:& calefiunt,& infrigidãtur velociter. Et fontis aqua recẽs eſt bibẽda:quę nullã adiectã habeat perniciosam qualitatem. Hęc Galenus in primo de regimine ſanitatis. Et fuit Hippocratis ſentẽtia in lib.de aere,& aqua,cap.j.dicẽtis. A quę vero fontiũ ſecũdũ ortũ ſolis exiſtẽtiũ omniũ ſunt meliores. ſecundo vero illę:quæ inter ęſtiualẽ,& hyemalẽ,ortũ habẽt. Sed harũ omniũ peiores meridionales.quæ aũt ſunt inter hyemalẽ ortũ,& hyemalẽ occaſum,exiſtunt mediæ.

❡Poſt aquã pluuialem commẽdamus aquam fluminis magni a ciuitate remoti:cuius liquor eſt clariſſimus. ſuper arenas nitidas vel lapides currẽs. Tamẽ melius eſt ſi fluat ſuper lapides q̃ ſup arenas: lapides enim illidunt aquam: eiuſq; groſſitiem attenuãt.quæ vero ſuper arenas fluit nitidas,melior eſt q̃ pluuialis in ciſterna longo morãs tempore. Hæc Iſaac in particularibus dictis. Auerrois autem in.v.colliget:ſic de eis inquit. Raſis ſenſit ꝙ melior aqua ſit fluminũ magnorũ ductuũ. Et Hippocrates dicit:ꝙ iſtę aquę ſunt diuerſarum ſubſtantiarum:eo ꝙ tranſeunt per diuerſas terras:& propterea quia ingrediuntur eas multi riui. Et mihi videtur ꝙ Raſis non laudauit flumina magis groſſa:niſi propterea quia ſol operatur in eis vnã opera-

tionem propter quam ſeparantur partes groſſę a ſubtilib⁹ & propterea coquũt medici aquam illis,qui habent debilē ſtomachum,& hepar.

❡ Aqua groſſa,& turbulēta clarificanda eſt multoties de vno vaſe in aliud mutādo. Q đ ſi fieri non poterit:per colatorium qđ ex farina tortellarum madefacta ſit coopertũ coletur. De his etiā quæ aquam colant eſt vt in ipſam parũ aluminis iameni triti proijciatur. hoc enim eam cito clarificat atq; colat. Hęc Raſis. vj. Almāſoris cap. xij. Et ꝑpterea dicebat Galenus in primo de regimine ſanitatis. Fugiēdæ ſunt aquæ ſtagnorum,& turbidę,& ſalſæ,& fœtidæ,& vniuerſaliter quęcunq; aliquam qualitatem in guſtu oſtendunt. Ea enim eſt optima aqua:quæ nullam apparentē habet qualitatē:neq; guſtu,neq; odoratu. & erit hęc aqua bibenti delectabilis:& certiſſime pura. Talis autem eſt aqua fluminũ:cum dicat Auerrois in. v. colliget. Impoſſibile eſt vt aquæ magnorum fluminum non ſint turbidę. Et propterea ſeruātes Galeni præceptum:turbidas aquas fugiamus:ne in nocumēta ex eis prouenientia incidamus. Nam turbida aqua (vt Haliabbati placet. v. Theoricę) oppilationē generat in hepate,lapidē in renibus,magiſq; in ſtomacho,q̄ ſuauis & pura,moratur.

❡ Puteorum vero aquæ,& aquæductuum ſunt malę cōparatione aquarum fontiũ. ſunt enim aquæ conſtrictę terreſtreitates longo tēpore recipiētes. Ideoq; eſſe nō poteſt quin in eis aliqua ſit putrefactio:quoniā extractæ fuerũt, & cōmotæ virtute cogēte:& non virtute quę ſit in eis declinante ad hoc vt manifeſtētur,& expellātur: niſi ingenio, & arte:quia via ꝓpinqua eis fuit adhibita,per quā inceſſerũt. Et ex eis tamen illæ ſunt deteriores: quibus ex plumbo vię factæ fuerunt:quoniā ex eius virtute aliquid aſſumunt: vnde frequenter ad dyſenteriā ducunt. Hęc Auicēna in. ij. primi doctri. ij. cap. xvi. Similiter aqua ciſternę nō approbatur:& pręcipuę ſi in ea per lōgum tempus fuerit.

dicente Iſaac in particularibus diętis. Aqua pluuialis in ci ſterna longo morans tempore malam ſuſcipit qualitatem a fumoſitate terræ. Et quia etiam nõ mouetur, illaudabilis eſſe exiſtimat̃: cũ dicat Auicẽna in loco ſuperius allegato. Aquę nõ currentes, quocũq; modo fuerint, ſtomacho nõ cõferunt. Et q̃uis huiuſcemodi aqua pluuialis fuerit, & ex nubibus veniens: quę cõmẽdatur a ſapientib⁹: tamẽ ſupra ſcriptis rationibus illaudanda pronũciatur.

¶ Aqua paludalis eſt putrefacta: ideo gñat humores cor ruptos: ſicut generatur de venenis putrefaciẽtib⁹: & generat cholerã rubeã, & ſilia de humoribus putrefactis. & hoc totũ fit ex priuatiõe curſus, & vſtione ei⁹ de ſole: vnde cor rũpitur: & lucrat̃ naturã malã: & ideo mala erit bibẽti eam. Hęc Raſis. xxiij. cõtinẽtis cap. vccxlvj. Et poſt pauca ſub iũgit. Et dicit Hippocrates: q̃ bibẽtiũ talẽ aquã ſplen magnificabit̃. Hæc eñ aqua infert oppilatiões in meſeraicis. Quę fuit ſentẽtia Galeni in lib. de bonitate aquę dicentis. Paludoſę aquę oẽs ſunt peſſimę: odorẽ eñ habẽt incõuenientẽ: ſicut putreſcentẽ. & æſtate quidẽ fiũt calidę: hyeme vero frigidæ: qđ eſt maximũ ſignum malitiæ aquarum.

¶ Melior ex aquis eſt pluuialis mũda: quoniam nihil admiſcetur ei qđ inferat nocumẽtũ. Auicẽna in cãticis textu cõmẽti. cxxxiij. Et in hoc conueniũt oẽs, inquit Auerrois in cõmento. Qđ etiam ſenſit Iſaac in particularibus diętis cum ſcripſit. Omnibus autem aquis pluuialis eſt electior: quæ vicina ab aeris ſummitate cecidit: mũda tamen ſi fuerit ab omni putredine, & ponatur ĩ ciſterna optime lota. talis enim aqua minus cęteris eſt humida: & quiddam ſtipticitatis habet: vnde nõ nocet ſtomacho: ſed potius eũ confortat. Quæ fuit ſentẽtia Raſis. iij. Almanſoris cap. iiij. dicentis. Pluuialis autem aqua his qui cito incurrunt febres eſt mala: & maxime ſi longi eſt temporis: quæ tamen in ſuis alijs diſpoſitionibus eſt bona. Et in. xxiij. continentis ca. vccxlvj. dicit auctoritate Galeni. Aqua pluuialis le-

uis eſt,dulcis,& luminoſa valde: quia ſol cõcipit tenuiorẽ partẽ aquę.ideo cito calefit,& cito infrigidatur,& decoquitur.Id qđ in ea coquit̃ cito:ſed mutatur,& corrũpitur etiã cito. Et hoc tamẽ noli æſtimare:ꝙ aqua quę corrũpitur cito,ſit mala:quia velox corruptio ipſius eſt ex eo ꝙ colligitur ex diuerſis locis:& res collectę ex diuerſis locis ſunt velocioris putrefactionis.cauſa tamẽ prĩcipalis putrefactionis velocis ipſius eſt ex tenuitate eius,quia pars tenuis ipſius diſſoluitur cito: & putrefit pars reſidua. Et dicit etiã. Aqua pluuialis eſt melior omnibus aquis dũ nõ cõcipiat malũ odorem: quoniã ſi concipit:infert raucedinẽ vocis/tuſſim/& grauem vocem.

¶ Aqua frigida mordicat oculos,& nares,& qđ eſt i hoie de mẽbris.& mordicat iterum mordicatiõe nõ minore illa partes intrinſecas ſtomachi,& inteſtinorum.quæ fuit Hippocratis ſententia in.v. Aphoriſmorũ,aphoriſmo.xviij. dicentis. Frigidum eſt inimicum neruis,oſſibus,dẽtibus, cerebro,ſpinali medullę. Et.xxiiij.eiuſdem. Frigida velut nix vel cryſtallus,pectori inimica:tuſſes cõmouentia: ſanguinem fluere facientia,& catarrhos.

¶ Aqua calida digeſtionẽ corrũpit:& facit natare cibũ:neq; illico extinguit ſitim: & qñq; ad hydropiſim adducit,& ad ethicam:& cõſumit corpus. Aqua autẽ calefacta cum fuerit tepida facit nauſeam:& cũ fuerit calidior q̃ hæc,& a ieiuno bibita fuerit multoties,ſtomachũ lauabit,& ventrẽ ſoluet.eam tamẽ frequẽter bibere eſt malũ: quia ſtomachi debilitat virtutẽ.Illa vero quæ multũ eſt calida,quandoq; cholicã reſoluit,& ſplenis vẽtoſitatẽ frangit.Hęc Auicẽna ij.j.doctri.ij.cap.xvj.Et eodẽ teſte in.xvj.tertij trac.primo cap.iiij.tepidũ reſoluit:ſicut frigidũ conſtringit.Et in prima.iiij.ca.xxvj.Omne tepidũ eſt mollificatiuũ:& reſoluit virtutẽ.Quę fuit Galeni ſentẽtia in ſecũdo Therapeuticę cap.v.dicẽtis.Tepida omnia ſoluũt robur vẽtris.Et lib.j. ad Glauconẽ cap.vj. Robur ventris facile ſoluũt tepida.

Et propterea concludendum eſt ꝙ aqua tepida nec calida multum bibenda ſit: ſed moderate frigida.

¶Aqua ſalſa mala eſt,& corrumpens,& eſt inflatiua,& tar dę digeſtionis,& ea nō poſſunt vti ſani,& fortes homines: & ſi vtantur ipſa: non poterit eis non nocere. pariꝗ ratione ſulphureę: aluminoſę: æneę: & ferreę,& huiuſmodi. neq; eis vtendum eſt niſi gratia medicinę: cum fortiter volumus ca lefacere: exiccare, abſtergere,& inflāmare. Hęc Raſis. xxiij. continentis ca. vccxlvj. auctoritate Galeni & Rufi. Et pro= pterea errant ſani ad balnea naturalia accedentes: vt per ea purgentur: neſcientes ꝙ poſt quādam ventris ſolutionem quā ipſa aqua facit, conſtipet: & membra inflāmet. vnde fa cile poſtmodum in febres incidunt & in ethicam: & eſt me= dicina mollificatorum neruorum.

¶Aqua præterea cocta quouſꝗ minor reddatur eius ſub ſtantia, minus eſt inflatiua, citiuſꝗ deſcēdit. Et propter hāc cauſam infirmis,& ſanis omnibus conuenientior exiſtit: q̄ cruda. Ex ſententia Raſis. iij. Almanſoris ca. iiij. Et ꝑpter hoc medici iubent aquam decoqui debere: & nō vt aliq pu= tant, vt frigiditatem amittat: ſed vt inflationem,& groſſiti= em,& impuritatem deperdat. Neꝗ omnis aqua ꝓ infirmis coqui debet: ſed tantum illa: quę fontis fuerit: aut pluuialis aut ciſternæ mundæ,& non diu in ea retenta. Et in hoc ani= maduertant iuuenes medici: quoniā aliquādo aſtātes aquā putei vt plurimū accipiunt: quæ groſſa eſt,& terreſtris,& re= probata: quæ nunq̄ ad eam ſubtilitatem,& puritatem per= uenit: ad quam vna dictarum perueniret. Inde prouenit ma gna ex parte ꝙ infirmorum ſtomachi ventoſitate replētur ipſos ſæpius eructare cogente.

¶Liber Quintus. De ſomno,& Vigilia.

¶Quis finis:qđ agẽs:q̃ forma:q̃ materia Somni ſit. Cap.I.

DE Somno, & Vigilia q̃ren
da cã eſt ꝓpter quã dormi
re aĩalia ſit neceſſe, & qua-
lis itẽ affectio ſomnus ſit.
At quatuor qdem cauſa-
rũ gña in naturalib⁹ libris
enumerauim⁹. Finalẽ cu-
ius gr̃a omnia cõſiſtant:&
fiant. Agẽtẽ:vnde orıaꝛ &
inſtituaꝛ motus. Rationa-
riam:quæ reb⁹ naturã ſuã
& ſpeciem largiatur. Mate
rialẽ:ex qua inſita cõſtitui,
& generari oia ſoleant. Somni igitur cauſæ hæ ſunt. Finis
ſalus,& conſeruatio aialis. Agens:ſpũs vitalis qui in corde
eſt. Materia:vapor qui caput ſubierit:deinde in locũ iferio-
rẽ defluxerit. Forma:ſitus,& diſpoſitio illa mẽbrorũ,& par
tium corporis,quę in dormientibus extra,intuſq; cernitur.
Sed nũc diſſerendũ videtur:quãobrem dormiat,& vigilet
aial,& ſcđm quos ſenſus:ſi ſcđm plures eſt:aut ſi ſecũdum
vnũ:quiſnã ille vnus ſit de quo ſomnus/aut vigilia pẽdeat.
Sane quũ aialium quibuſdã oẽs ſenſus,quibuſdã non oẽs
ſed guſtus,& tactus ſint. Eſt eñ latiſſime fuſus,& maxime
cõmunis omnibus tactus:vt in libris de anima ab Ariſtote
le,& Themiſtio dictũ eſt. fieri autẽ nõ poſſit:vt dormiẽs ani
mal vllo ſenſu vigilet:manifeſtũ eſt animãtes oẽs in ſom-
no affici oportere eodẽ modo:id eſt ſumma illa immobili-
tate,& inſenſibilitate offundi. Nam ſi dormienti auditus in
miniſterio,& officio ſit:viſus nõ ſit:erunt ſimul in eodẽ duę
res pugnãtiſſimę:quia ſcilicet dormiens aliquis ſentiet: qđ
impoſſibile eſt. Igitur dicẽdum eſt: Soporem tactus, & im-

mobilitatem ſenſus cõmunis cauſam eſſe ſomni. Eſt enim ſomnus quædam ſentiendi impotentia: ob alimenti vaporem in cerebro refrigeratum, & internum calorem ad cor reuocatum proueniens. Dormiturus eñi multos habet intra neos vaporum motus: qui ob cerebri frigiditatẽ frigeſcũt. Et cum calor cum vapore relabente ad inferiora repellitur: oculorum palpebrę frigidæ fiunt: & frigefactę, grauioreſq; redditę clauduntur: ſuperioreſq; corporis partes ob caloris reuocationem frigent. Interiores autem ob vnionem caloris: & inferiores: vt pedes: ob refractionem incaleſcũt. hinc dormientes pluribus indigent quibus integãtur veſtibus: q̃ vigilantes: quo extrinſeco adiumento, fomentoq; contecti a frigore tuti ſint.

¶Problemata.

¶Cur & quomodo fit ſomn⁹: & cur dormientes vires amittunt: & vires amittentes procliuius conſopiuntur? Fit ſane ſomnus humecto cerebro, & humidiorib⁹ vaporib⁹, & ſenſus de ſenſu implent humorem. Ex ſomno vires amittim⁹ q: cerebrum humectum neruos diſſoluit: nam illinc dimittuntur. Ex debilitate vero dormimus: q: humiditas in corpore gignatur, & vires amittamus: ea cerebro iſurgit, & dormimus.

¶Cur ſaturitas, & inedia vigiliam pariũt: & quomodo Solomon aiebat: dulcis ſomn⁹ ſeruo: ſiue parũ: ſiue multũ comedat? Inedia quidẽ ariditatẽ generare cõſueuit, & ob hoc vigiliã parit. Ariditas eñi vigilare oĩno cõpellit. At ſaturitas grauedinem, & põdus parit. Itẽ adeptus incõcoquibilia & ob põderis copiã pturbat aĩal, & ex perturbatiõe vigiliam parit. atq; id verũ eſſe poteſt intueri: q: poſt concoctionem dormiũt. Q: aũt inquit Solomon, ſeruo eſſe dulcem ſomnum: eſt quia labor ſomnum adducit.

¶De Somno ex traditionibus auctorũ Collectiones.

¶Somnus vniuerſaliter eſt reditus ſpiritus animalis ab in

ſtrumētis ſenſuum,& motiuum ad principium.cū quo priuantur ipſorū inſtrumēta ab exitu operationis in ipſis: niſi quę neceſſaria ſunt ad hoc vt vita permaneat:& illa ſunt ſicut inſtrumēta ſpiritus. Et ſomnus quidē naturalis abſolute eſt:cuius redditus eſt cū profundatiōe ſpiritus vitalis ad interiora: vt digeratur cibus. Hæc Auicēna in prima.iij. tractatu.iiij.cap.j. Et in cāticis textu cōmēti.xxxvij.dixit. Sōnus eſt quies virtutum animaliū motiuarū,& ſenſitiuarū.

Somnus eſt paſſio primi ſenſus:qui cōmunis eſt ceteris ſenſibus. Hæc Galenus in.iij.lib.de accidēti & morbo cap.iiij. Et in quarto lib. eiuſdē cap.viij.ſic etiā inquit. Dicamus virtutē animatā in ſomno qeſcere,& naturalē cōfortari. qđ ſic poſſumus cognoſcere. Virtus eñ aīata ſi fuerit fatigata aīali dormiente confortat: maxime ſi ante ſomnū cibū moderate accipiat. Ab his Auerrois in ſecundo colliget videt accepiſſe cū ait. Dormire eſt ligamētū,& quies ſenſuū,& reuerſio ipſorū ab inſtrumētis eorū ad partē intrinſecā corporis.& iſtę res p ſe notę ſunt.& ꝓpterea trāſeunt res ſenſatę ſuper dormiētes,& nō ſentiūt eas:& etiā videmus dormientē oculos habentem apertos,& nō videbit:& ſi eſſet virtus viſibilis in ſuo inſtrumento tunc, videret.

Et ſomnus non aduenit multus aīalibus poſt laborē: niſi ꝓpterea quia aīalia quādo mouētur,& laborāt:ſpargit calor ſuus naturalis,& diminuit quātitas ſua,& refrigerat. ꝓpter qđ reuertit de neceſſitate ad locū ſui pricipij. Hęc Auerrois ī ſecūdo colliget. Et poſt aliqua ſubdit. Sōnus eſt vna operatio naturæ: q̄ regit corpꝰ aīalis:& ꝓpterea fuit ſomnus neceſſarius in aīalibus pfectis:quia niſi eſſet ſomnꝰ periret ſenſus propter nimium exercitium:& pereūtibus ſenſibus periret vita.& inde eſt,ꝙ citrinatur facies dormire nō potētibus,& lęduntur eorum operationes.

In ſomno digeſtiōis fit bonitas,& humorū decoctio. calor nāq; naturalis ſomni tēpore ad profunda ſecedit corpis quo cibū digerat:humores bonos diſponat. vñ & digeſtio

ciborum melior fit hyeme ex noctiũ longitudine:& ſomni copia. Et moderata ſomni quantitas cibos digerit: corpus ſpiſſat:laborem ſoluit:animã confortat naturalem:calorq; augetur naturalis:humores boni fiunt:membra recreat extenſa:mẽtẽ clarificat:cogitationes emẽdat,ac viſum. Hæc Hali.v.Theoricæ cap.xxxv.

¶In ſomno cibus digeritur melius:& non ſolum in ſtomacho verum etiã in toto corpore.ꝑpter hoc mõſtratur nobis ꝙ mẽbrum,in quo rationalis eſt anima,quieſcit in ſomno. Hęc Galenus lib.iiij.de accidẽti,& morbo,ca.viij.Et in lib. de diſſolutiõe cõtinua dicit.Et quãdo ſomnus ſequit̃ cibũ: reuocatur calor naturalis in ipſo:& aggregat̃ in interiorib⁹ corpis:& digerit cibũ.Et in.vj.Therapeuticę ca.ij.dicit. Digerit quidem ſomnus:reſoluunt autẽ vigilię.Et in.iiij.de regimine ſanitatis cap.j.ait.Bene ſciẽtes ſumus ꝙ nihil ita digerit eorũ q̃ digeri poſſunt:neq; malos reſoluit humores:ſicuti balneum:& ſomnus.

¶Somnus excedens in tẽporis quãtitate multũ nocet:qm̃ virtutes plurimus eneruat aĩales ſomnus:ac debilitat: corpus refrigerat,& humectat:atq; i eo phlegma augmẽtat:& naturalẽ debilitat calorẽ:ipſumq; reſoluit:& præcipue ſi ſuper inanitionẽ fiat.Et ſi ſit omnino corpus vacuũ:nec in eo aliquid ſit ciborũ:naturalis cõuertitur ad corporis humiditatem calor:exuritq;,& cõſumit illam:dehinc ipſe debilitat̃ deficiente materia:& refrigerat̃ corp⁹.Hęc Hali.in.v.Theoricæ cap.xxxv.Et Auicẽna in prima.iij.tracta.iiij.ca.xiiij. ſic ait.Dormitio multa in meridie,& vniuerſaliter ſomnus multus nocet multũ memoriæ.Et in cãticis textu cõmenti cxxxix.inquit. Si ſomnus multũ prolõgabitur,replebitur caput humoribus.Et in ſequenti textu ſubdit. Somn⁹ humectat corpora:& relaxat:& extinguit calorem viuificantẽ ipſa.In cuius cõmẽto dicit Auerrois:ꝙ hoc intelligitur de multo ſomno:quoniã multus ſomnus extinguit calorem: quo virtutes viuũt,& exiſtũt.& hoc:quia de natura quietis,

& coopertionis eſt extinguere calorẽ. Ignis enim extinguitur: & ſuffocatur: cum multũ, & perfecte tegit. Et in. vj. colliget ait. Quãdo ſupfluit ſomnus calorẽ extinguit naturalẽ: & corpus inducit ad tumidam diſpoſitionem.

¶ Non illico poſt comeſtionẽ eſt dormiendum cibo natãte vt voluit Auicẽna in. iij. primi doc. ij. cap. vij. Et in cap. ix. eiuſdẽ ait. Melior ſomnus eſt ille: qui prouenit poſtq̃ cibus a ſuperiori ventre deſcenderit: & poſt quietẽ eius: q; forſitã ſequitur ipſum ex inflationib⁹, & rugitibus: quoniã dormire ſup hoc multis ĩpedit modis. Quapropter ſi deſcẽſus tardauerit, parũper incedere debet: & poſtea dormiat. Et ſup repletionẽ dormire eſt malũ: anteq̃ a ſupiori vẽtre fiat deſcenſio. Et in. iij. tertij tract. j. cap. v. dixit. Somnus ſuper repletionem, & cœnã eſt res nocibilior oculo: immo oportet illũ qui ĩ viſu habet debilitatẽ expectare donec digeſtio fiat: id eſt fieri incipiat: deinde dormire.

¶ Aliquãdo eſt mẽbrũ debile: vt ſtomach⁹: & natat in ipſo cibus: & nõ iniungas ſomnũ donec deſcẽderit cibus de ſtomacho aliquo deſcẽſu: nec donec deueniat in fundũ ſtomachi: & ante percipias eũ moueri parũ: ſicut memorauim⁹ iã. Hæc Galenus in lib. de diſſolutione continua.

¶ Ex figuris ſomni: melior eſt, vt ſup dextrũ incipiat lat⁹: & deinde ad ſiniſtrũ reuoluat. q; ſi eius incœptio ſup ventrẽ fiat, auxiliũ fert ſanis magnũ in digerẽdo: ꝓpterea q; calorem retinet naturalẽ: & ipm cõprehẽdit: quare auget. Auicẽna in. iij. primi doctri. ij. cap. ix. Eſt etiã obſeruãdũ dicit Raſis. iiij. Almãſoris cap. iij. ne de vno latere ad aliud ſępe voluatur: tardatur em̃ inde digeſtio: atq; inflatio, & rugitus ſentitur. Oportet itidẽ vt puluinar ſit altũ: & ꝑcipue ſi cib⁹ nondum ab ore ſtomachi deſcẽderit. ſufficit em̃: vt ter fiat reuolutio: & nõ pluries. Qđ etiã in. xxv. cõtinẽtis replicauit cum in cap. eius primo dixit. Poſt comeſtionẽ quilibet dormiat ſuper latus dextrũ modice: deinde cõplendo ſomnũ ſup latus ſiniſtrũ. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto: eo q;

excitat vẽtoſitates:& occurſum pr̨ebet ſuper digeſtionẽ. & poſtea ſubiũxit. Pars inferior corporis in ſomno debet eſſe decliuior:& nulla ſupabundans fiat reuolutio in lecto:ne reuoluat cibũ in ventre de vno loco ad alium corrũpendo digeſtionẽ.qųe fuit ſentẽtia Ariſtotelis ad Alexandrũ ſic ſcribentis. Dormi tẽperate prio ſup dextrũ latus vna hora:deinde ſuper ſiniſtrũ:& illic perfice digeſtionem.

¶Reſupine autem dormire eſt malũ:& ad malas pr̨eparãs ̨egritudines:ſicut apoplexiam:phreneſim:& incubũ: quoniam ſuperfluitates ad poſteriora declinare facit:& retinent & per ſuos non incedunt canales naturales qui ſunt ab anterioribus:ſicut nares:& palatũ.& talem ſomnũ incurrere ſolẽt infirmi,& debiles:ꝓpter illud qđ muſculis eoꝝ accidit ex debilitate. Hæc Auicẽna in.iij.primi doctr.ij.cap.ix. Et dicit Raſis in.xxv.cõtinẽtis cap.iij.ꝙ dormitio facta ſupine ſup dorſum,cõſeruat ſupfluitates cerebri in ventriculis eiꝰ. ideo facit apoplexiam:& epilepſiam. Et non debet dormire ſup dorſum laborãs catarrho deſcẽdẽte a capite:quia tũc leuem ingreſſum eius facit induci ad canalẽ pulmonis.

¶De inſomnijs:& qųe inſomnia videantur cũ nõ ſint:cum definitione inſomnij. Cap.II.

POſt ſomnũ,de inſomnijs eſt agẽdũ. Sed neq; intelligẽtįe,aut opiniones,aut affectio poteſt iſomniũ putari. Quando enim in ſomno nõ equi modo,& hoies,demũq; ſubſtãtįe fere oẽs occurrant: ſed etiam albedo:dulcedo:& hmõi:q̃ citra ſenſum opiniõe cõprehẽdi nõ poſſunt:ſenſus aũt ferianť,& otianť i ſomno: efficiť vt iſomnia ad opinionẽ,aut itelligẽtiã referri nõ poſſint. Deinde p̃ter viſa,q̃ obijciunť i ſomno,ſolemꝰ ſæpenumero itelligere aliud qddã. Nã queãdmodũ vigilãtibꝰ,ſentiẽtibuſq; cõſiderare interim cõtingit aliud qddã p̃ter id qđ ſenſu pcipiũt:ita dormiẽtibꝰ non ea mõ accidũt:q̃ vocãtur ſomnia:ſed ẽt p̃ter ſomnia plæraq;. Poteſt em̃ accidere:vt qs videre i ſomnis Platonẽ videať:& extra hoc aiaduertať

Platonem ſe videre per ſomnium. Equidem ſæpe viſus ſum mihi cõperiſſe virum: quẽ diu optauerim videre: ſed ſomniare me ſciebã. Iam illud frequentarium eſt: vt te inueniſſe theſauros ſomnies: et anteq̃ expergitus ſis: deprehẽdiſſe ſomniũ videaris: & adhuc dormiẽs illuſum te ſomnio amicis qui tibi ſomniãti aſſiſtere viderentur, enarrares. Cæterum in ſomno nõ ſemper hoc euenit: vt intelligam⁹ ſomnium eſſe qđ videm⁹. At in opinione ſemper id qđ opinamur, opinari nos ſcimus. Itaq; efficitur etiam ratiõe hac: vt ſomnia in opinionẽ cõferri non poſſint. Simul quoq; illud arbitror liquere: non quicquid apparet in ſomno dici iſom nium poſſe. Nam tunc proprie inſomnium eſt: quum is q ſomniat, exiſtimat vera eſſe quæ ſomniat. Q; ſiquis ſomniat: vt intelligere poſſit ſe dormire: ſomniateq; hoc proprie ſomniũ non eſt: ſed viſum quoddam atq; phãtaſma. Ac videntur qdem hæc eẽ inſomnia: ſed non ſunt: immo vt dixi viſa potius, & phãtaſmata. Viſum adeo ꝓprie illud eſt: quum in ipſo vigiliæ & quietis adultę interliminio poſiti iſta quę vere ſenſu hauſimus: & quę initio ſomni impreſſa, atq; illata noſtro animo ſunt, reddunt & offerũt ſeſe: ita vt videamur aſpicere: & adhuc diſcernere poſſim⁹ formas eas eſſe: quas in prima illa ſomni nebula ſenſu acceperim⁹. Eſt enim quędam quaſi vigilia ſomnus is: in quo intelligere, & deprehendere ſomnium poſſum⁹. Q; vero ſæpenũero eueniat: vt aliud quiddã pręter ſomnia cognoſcatur: experiri facile iis eſt: quibus repetere ſomnia quoties exurgũt curę ſit. Nam vt ij, quibus ſtudium eſt iiſdem verbis reddere: & repręſentare memoriter quæ audierint, firmius & facilius recordantur: q̃ illi ipſi, a quibus acceperint: propterea q; alteri pręcepta memorię colendę ſequẽtes, audita & pronuntiata quibuſdam locis cõſtituunt: alteri ſimul atq; effati ea ſunt nihil vltra ſe ad memoriam eius exercent: ita hos melius q̃ alios ſomnia meminiſſe contingit: qui recẽſendis & recurrendis inſomnijs operam dant. Ex iis omnibus ra=

tiocinatione certa colligitur ſomnium eſſe viſum quod ſecundum quietem occurrit: quoties vis quæ iudicat obligata deſertaq; lāguore corporis eſt. Ac de ſomno,& eis quę p ſomnium,hactenus dictum ſit:ſi paucis oſtendero:quæ a recentioribus de ſomnio dicta ſint.

¶De Somnio ex traditionibus auctorum. Collectiones.

¶Somnium eſt phātaſma factū a motu ſimulacrorū dormientis in eo quod dormit. vel Somniū eſt paſſio cauſata ex motu in phātaſia facto.hæc Cōſiliator in.xxx.pblematum cōmētō vltimo.Et in ſuo Cōſiliatore differentia. clvij. plures de ſomno adducit diſtinctiōes:ſcilicet q aliud eſt naturale:aliud animale:& nonnullum cęleſte:ſeu diuinum.Et vocat illud naturale:qđ ex dominio complexionis contingit,& humorum.ſicut dicit Auicenna in ſexto naturalium q naturalia ſomnia ſunt quæ veniunt ex temperantia virtutū humorum cum ſpiritu gerente virtutem formalem & imaginatiuā.Animale vero:qđ cauſatur a multa ſollicitudine animę circa aliquid in vigilia. Diuinum vero ſomniū quod a diuinis,ſiue cælorum cauſatur animalibus. de quo ipſe poſt multa ſic ait. Somniū verius/eſt cæleſte:ſeu diuinum:& maxime cum anima fuerit libera ſuperioribus ſubſtantijs applicata:eorum repręſentationes ſuſcipiens. Animale vero nulli⁹ aut paucæ veritatis exiſtit.eſt enim magis illuſio quędam eorum circa quę anima fuit ſollicita & occupata in vigilia:ceu fameſcenti repręſentantur cibi:appetentiq; mingere cloaca:& ſtrepit⁹ agonizāti. De ſomnio ſimiliter naturali dicit vt ſupra:& tandem de eo ſic cōcludit. Q đ ſi accidit:& maxime contra repletionē proprieq; vaporabilium ventoſorūq;:verificatur q̄ minime.

¶Cum enim aliquis in ſomno pluuias multoties videt: & mare,& fluuios:multa in eius corpore humiditas adeſſe ſignificatur. Ignes vero & fulgura,& lites,cū aliquis in ſomnijs frequenter aſpicit:cholera rubea in ipſo abundare mō-

ſtratur. Colores autem rubeos & tinctos, ac nuptias, & cibaria dulcia, & ventoſas, atq; fluxum ſanguinis, ac phlebotomiā ſi aliquis ſomniauerit: ſanguinis multitudo ſic declaratur. Cūq; multa fuſco colore tincta, atq; nigredinē, & timores, ac pauores in ſomno aliquis aſpicit: cholerę nigrę operatio ſignificatur. Hæc Raſis. ij. Almanſoris cap. xxiiij.

¶ Somniū nobis indicat diſpoſitiōes corporis. Ignē accēſum quis vidēs in ſomno a xantha moleſtat̃ cholera. Si vero fumū: vł caliginē: vel profundas tenebras: a nigra cholera. Pluuia vero humiditatem abundare indicat. Nix autem & glacies parū phlegma frigidum. Somniam⁹ plerūq; ea: quibus egemus: vt bibere: coire: & ſimilia. Hæc Galenus in quinto de interioribus cap. vj.

¶ Plurimum enim viſiōis rerum citrinarum calidarum ſignificat dominium choleræ. Et ſimiliter plurimum viſiōis rerum cuiq; complexioni proportionalium: quas numerare non eſt neceſſe. Et ſomnia quidem permutata ſignificant caliditatē: & ſiccitates: & illa quorum non recordatur ſignificant frigiditatem & humiditatem ſecūdum plurimū. Auicenna prima tertij cap. vj.

¶ De Vigilia. Cap. III.

A Pleriſq; vigilia dicitur ſpirituum ab intimis ad exteriora relaxatio: ſicut ſomnus ad interiora receptio. at q tenuiſſimus ſit ſpirit⁹: apertis corporis meatibus facile euaporat: atq; euaneſcit: inde fit: vt ſudorē, id eſt ſpiritus, & caloris euaporationē frigiditas/ſimulq; debilitas per membra cōſequatur. Frigidis iam factis membris meatus occluduntur. Quibus clauſis: qui reſtat calor imminutus reuocatur: petitq; itima. ita ſequitur vigiliam ſomnus.

¶ De Vigilia Collectiones.

¶ Vigilia eſt diſpoſitio cum effunditur ſpirit⁹ animalis ad inſtrumenta ſenſus, & motus: vt eis vtatur. Sarra autem ſuperfluitas in vigilia: & egreſſus a re naturali. Hæc Auicenna

prima tertij tract.quarto cap.iiij.Et in cāticis textu cōmenti cli.Temperata vigilia excitat valde ſenſus:& diſponit vires ad exercendū operationes ſuas:& cū hoc mūdificat corpus a fęcibus,& ſuperfluitatibus.Et in ſecūda primi doctri. ij.cap.xiij.dicit.Cum vigilię ſunt multę, complexionē corrumpunt cerebri aliquo ſiccitatis modo:& debilitant ipſum & commiſcent rationem:& adurunt humores:& ægritudines faciunt acutas.Et ſic temperata,& non ſuperflua commendatur.

¶Vigiliæ vero multę calorem intendunt:ac formam corrumpunt:corpuſq; deſiccant:atq; choleram rubeam in ipſo augmentant.Q đ pręcipue operantur:cū corpora ſunt macra.Oportet itaq; vt anima vigilare nō cogatur cum diſſoluta & ſtupida fuerit:neq; ad dormiendum incitetur cū excitata,atq; ſubtilis,& acuta fuerit:motuſq; leues:,& ſēſus fortes.Hæc Raſis in.iiij.Almanſoris cap.iij.

¶Quando vigiliæ exuberāt:corpus deſiccant:& calorem diſſoluunt naturalem:& calorem accidentalem intendunt. Hæc Auerrois i.v.colliget.Quę fuit Galeni ſentētia in primo Therapeuticæ cap.vj.dicentis.Siccant enim toti⁹ corporis habitum vigiliæ:& propter hoc ſunt nociuiſſimę his: qui ſecundum ſiccitatem ægrotant.

¶Multæ vigiliæ faciunt contra cibi potuſq; digeſtionem. de aptitudine enim vigiliarum eſt:vt reſoluant corpus:& exiccent ipſum.Hæc Galenus in cōmento.lvj.ſecundi regiminis acutorum.Et in tertio techni textu commēti.xlvj. dicit.Vigilia exiccat corpus:eius vero oppoſitū humectat. Et propterea cū Hippocrate cōcludamus in.ij.aphoriſmorum aphoriſmo.iij.dicente.Somnus,& vigilia vtraq; modo magis facta malum.

LIBER SEXTVS De Animæ accidentibus.

❡De accidentibus Animæ in vniuerſum. Cap.I.

ET quoniã hoiem natura fragilẽ / tot morbis expoſitũ, tot malis obiectũ, difficile ẽ non frangi vel non inflecti: neceſſariũ arbitror te admonere: vt ab animę paſſiõib⁹ pręcipue te cuſtodias: quarũ abſtinẽtia vim omnẽ flagellorũ facili⁹ feras. hæ ſũt Gaudiũ: ira: iracũdia: odiũ: furor: timor: triſtitia: ſollicitudo: iuidia: & imaginatio. Et q̃q̃ cataphractũ eẽ oportet: qui velit cũ iſtis pugnare: tamẽ & plæriſq; ſuffecit ad victoriam leuis armatura. Fuere tamen nonnulli gloriæ diuinæ quodãmodo iuidi: naturæ aũt nimis addicti: inter quos eſt Auicenna: qui conati ſunt omnium miraculorũ, etiã eorum, q̃ in noſtrũ beneficiũ deus oſtendit, in natura rerũ cauſas inuenire. Aiunt enim noſtræ imaginationi, cum fortis eſt, obedire primum vires animæ: vt ea eſt quæ digerendo nutrimento præfecta eſt. quo ſæpe factũ dicunt: vt nõnulli ex lepręimaginatiõe leproſi euaſerint. Obedire etiam imaginationi nõ corpus ſolum animę imaginãti coniugatum: qđ & chriſtiani cõſentiunt: ſed & materiam quoq; exteriorẽ qđ negamus. Nec tamen id aiunt oĩb⁹ animab⁹ eſſe cõmune: ſed quarũdam eẽ priuilegiũ ſingulare. quas alijs excellẽtiores ac diuiniores putant: quales eſſe volunt ꝓphetarũ: & heroum: ſeu ſemideorum. Sed de ijs hacten⁹. Ampliora videbis in libro noſtro de vita ſana: ſi per ocium licet.

❡Problemata.

❡Cur ſubita magnaq; lętitia ꝑuẽti flent vt mœrẽtes? Q̃m

eorum mens tota in lætitiam deuoluta:& diffuſio multa ex lætitia fieri ſolet. Ex diffuſione vero rareſcũt meatus: & red duntur cerebro humida,& rurſus per oculos deferuntur:in lachrymaſq́ʒ defluunt.

¶ Cur irati quidẽ facie rubeſcũt: metuẽtes vero palleſcũt? Qꝛ ira quidẽ feſtinus eſt decurſus ſpiritus. Metus vero ſub ſtitutio ac ſubſeſſio:quare vbi redundat,ſuccẽdit:vbi vero ſubſidet:refrigerat.

¶ Cur ſubitaria,& inſigni lętitia prępuẽti,aliquãdo etiam ex animati collabunt? Qꝛ vis vitalis,ac agnata caliditas imo derate ĩ oblectationẽ effuſa differatur:atqʒ exanimetur. hic eſt ꝙ & ſudãt,& rubẽt ſanguinis accenſu. Nã calidũ agna tũ,& ipſe inteſtinus feruor materiæ copulatus extrarię:cali ditate,& ſe a ſuo loco transferẽdi appetitu, in ſuperna & ex trorſus mouetur.& idẽ nutrimenti porro appetitu deorſum fertur. Vtrouis igitur horũ motuum abſumpto vitæ ſequi tur exitus.

¶ De Animę accidentibus in vniuerſum. Collectiones.

¶ Accidẽtia animę horribilia,& motus corporei fortes,di geſtionem fieri ꝓhibent. Hęc Auicẽna.iij.primi doc.ij.ca. vij. Et in ſecũda primi doc.ij.cap.xiiij.dicit. Omnia animę accidẽtia ſequuntur,aut eis aſſociantur motiones ſpirit⁹ in terius:aut exteri⁹.& iſtud aut erit ſubito:aut paulatim:& ei⁹ motionem ad exteriora ſequitur frigiditas eius qđ interi⁹ exiſtit. Et fortaſſe ſupfluit illud qđ reſoluitur ſubito. ergo infrigidatur exterius,& interi⁹,& ſeqtur eam ſyncopis: aut mors.& motum quidẽ eius ad interiora ſequitur frigiditas eius qđ eſt exterius,& caliditas iterior:& cũ multa coangu ſtatione cõſtringitur,& ĩfrigidatur ĩterius & exterius:& ſyn copis magna,aut mors ſequitur ipſum.

¶ Oportet medicum:qui debet cuſtodire ſanitatem: ſtude re ne mores animi corrumpãtur:nõ vt philoſophus:vt cõ ſeruet ipſius animæ ſanitatẽ,& faciat hominẽ virtuoſum:

ſed vt non facile in ægritudinem deueniat corpus. Etenim furor,& flet⁹,& ira,& triſtitia,& ſollicitudo amplior q̄ oportet,& vigiliæ,quæ ſuper his fiunt/febrium,& aliarum ægritudinū ſunt principia. Sicut ecōtrario pigritia mētis,& amētia decolorationem,& denutritionem operantur. Hęc Galenus in primo de regimine ſanitatis.

¶Abſtinere manifeſtum quoniam ab intēperantia oportet aiæ paſſionū:ſcilicet iræ:triſtitiæ:gaudij:furoris: timoris:inuidiæ:& ſollicitudinis. Exterminant em̄ hæc:& pmutant corpora ab ea,quę eſt ſecundū naturā,conſiſtētia. Hęc Galenus in tertio techni textu cōmenti.xxxv. In cuius cōmento dicit Hali. Ira,& furor faciunt accidere caliditatē ſupfluā. Gaudiū vero,& lætitia caliditatem æqualē. Timor autē & pauor faciunt accidere frigus.& totum q̄d faciunt iſta accidentia:non faciunt niſi meditatiōe motus ſpiritus:vnde corpus exiccatur. teſte Galeno vbi ſupra.& textu cōmēti.xlvj.dicente. Oēs aiæ paſſiones exiccant corpus. Et etiam fiunt ex diuerſo ſpirituū motu animę accidentia: vt dicit Haliabas.

¶Illa præcipue fugienda ſunt accidentia:quæ triſtari faciunt:ſicut inquit Almāſor in libro.iiij.ca.ix.cū inquit. Quoniā oībus ſanis nocumētū inferunt exceptis his qui carnis indigent minoratione. Abſtinendū eſt ergo ab inuidia: triſtitia:ira:ſollicitudine:& maxime poſt cibi,& potus aſſumptionē:quoniam digeſtionem fieri prohibent:& quandoq; corrumpunt diuertendo ſpiritum & naturalem calorē a ſtomacho ad cor:vel ad membra exteriora ſecundum ipſorū accidentium diuerſitatem.

¶De Ira,iracundia,odio,& furore. Cap.II.

IRa eſt repentinus, ac ſubitari⁹ impetus, & auiditas vlciſcēdi. Alij ſic. Ira eſt libido puniendi eius qui læſiſſe videatur: iniuria. Ariſtoteles autē Ira (inquit) eſt vlciſcēdi appetitus. Et rurſus. Ira eſt feruor ſanguinis: aut ſanguis circa cor incenſus. Altera deſinitio materiam: altera ſpeciem: vel rationē ſpectat.

¶ Iracundia eſt ira: quæ cum nata eſt: deſinere videtur: & placari. at tanq̄ ſub cinere ignis exæſtuans: quoad perfecerit. Quamobrem cum incenſa eſt: nō ceſſat. Ariſtoteles autem iracundia (inquit) vitium eſt partis iraſcibils: ob quā commobiles fiunt ad irā animi. Iracūdiæ ſpecies ſunt tres bilis ſuccenſa: acerbitas: ſocordia. Eſt plane iracundi: neq; poſſe omnino ferre exigua conuitia: neq; ſummiſſiōes: eſſe vero trucem, & vltorem, in iram mobilē: vbi ſermo, aut opera inciderit. Comitatur iracundiam: moribus irritabilē eſſe: & mutabilem: ſermonis paucitas: & exiguis de reb⁹ irritari: & iiſdem cito affici: nec tamen perpetuo ægreſcere.

¶ Odium eſt ira inueterata. Simultas vero eſt occulta, ac ſimulata vlciſcēdi cupiditas, verbis aliud oſtētans, & in animo aliud recondens.

¶ Feritas eſt atrociſſimæ cupiditatis rabies: vis in anima adeo ſuccenſa, tam animo, q̄ corpori imperitans, vt omnē prorſus rationis motum extinguat, feris beſtijs ſimillima.

¶ De ira, iracundia, odio, & furore.
Collectiōes.

¶ Ira eſt ebullitio quædam, & motus vehementis iraſcibilis virtutis quæ in ipſo corpore cordis inſidet: cum caleſit ipſa ſubſtantia. Hæc Galenus in primo de differentiis febriū cap. iij. Et in ſecūdo de regimine ſanitatis inquit. Ira nō eſt audacia: ſed velut feruor quidam eius qui ſecundū cor ſanguinis. Et in. ij. de accidēti, & morbo cap. ij. Ira eſt feruor caloris in corde exiſtētis ꝓpter motū aīę. Et in quito de accidēti ca. vj. Ira eſt magn⁹, ac fortiſſim⁹ mot⁹ ī loca diuerſus. &

propterea valde corpus perturbat,& pmutat a naturali cõſiſtentia.

¶ Sicut ira eſt motus ad vindictã nõ valde fortis: ſic odiũ eſt pſeuerantia formæ nociui in imaginatiõe,ſeu phãtaſia, & pſeuerãtia ſimul imaginationis affectus ad vindictã ſumẽdã ex eo. Hæc Auicẽna in lib. de viribus cordis,ca.viij. Furor autem eſt maniaca cõfidentia:vt colligitur ex Galeno in ſecundo techni. Quæ oĩa diuerſimode nocent ſanitati. Dicit nãq; Auicẽna in.ij.j.ca.xiiij. Ex motu quidem ad exteriora ſubito facto fit ira:quæ ſi cõtinuata fuerit facit cadere in melãcholiã. Qđ ſimiliter aſſerit Galenus in cõmẽto illius aphoriſmi. Timor,& puſillanimitas,&c.vbi ſic inqt. Multos in has paſſiones cecidiſſe vidi ppter iram: odium: & triſtitiam:quoniam ira,& furor faciũt accidere caliditatẽ ſuperfluam. Nam ſecũdum omnem diſpoſitionem ira calefacit. Ex ira tamẽ nullus mortuus eſt vnq̃,inquit Galenus in quinto de accidẽti,& morbo cap.vj. Sollicitudines irę in quolibet,& vigilię nocẽt,diſſoluentes virtutem:vt vult idẽ vj. Therapeuticæ.

¶ Qui eñ omnibus iraſcũtur ex cauſis,ſolliciti fiunt, & triſtes:& ad q̃uis modicam timent, & exterrẽtur occaſionẽ: & opinationes opinantur falſas. his ſępe de cauſis in morbos incidũt peſſimos,& paſſiones: intãtum vt huiuſmodi nõnulli moriantur ſi in eis horũ aliqua accidentium roborent. Ita eñ calefacit corpus & deſiccat:cholerã confortat rubeã intantũ: vt febrem quandoq; diei pariat. Et ſi quidẽ in corpore humor eſt ad putreſcẽdũ paratus:febrem generat putridam. Si autem immoderata fuerit ira, virtutem diſſoluit naturalẽ:eo ꝙ illã plurimũ emittat:& in partes diſſipet. vnde & virtus debilitatur:tremor quãdoq; accidit:& ſi adhuc augeatur,defectus ſequitur:maxime ſi homo debilis ſit virtutis:niſi ꝙ ira minime mortem aſciſcit. Hęc Hali.v. Theoricæ cap.xxxviij.

¶ De Timore & triſtitia. Cap.III.

Timor eſt metus hominē aliqua de cauſa reddens meliorē:q̄ ab honeſtate fere nō abſit:vnde & nō mē a qbuſdā credit̄ habuiſſe. Alij ſic. Timor eſt metus mali appropinquātis. Pauor vero metus eſt mentē e loco mouēs.ex quo illud eſt. Tum pauor ſapientiam omnē mihi ex animo expulerat. Terror autē eſt met' cōcutiēs.ex quo fit:vt pudorē rubor:terrorem pallor,& tremor,& dentium ſtridor conſequatur.

¶Exanimatio eſt metus ſubſequens,& quaſi comes pauoris. Plautus. Quid huc exanimatus currit Saurea.

¶Conturbatio eſt metus excutiens cogitata.

¶De Timore,& Triſtitia, Collectiones.

¶Timor eſt naturalis ingreſſus caloris ad interiora corporis propter animę ab aliquo nocēti fugam:& exaſperāti.cū ſit naturę animā a nocētibus,& ſubterrētibus,q̄ nō cōſueuit timere,& fugere. Hęc Hali. Q̄d ſentit Ariſtoteles in.x.problematū ꝓblemate.lxj.dicens. Timor eſt infrigidatio exteriorū & caloris cōtractio ad partes interiores ſub corde. Et ī xxx.particula eorūdem inquit. Timor infrigidat. manifeſtant aūt terrefacti:tremunt enim,ait ipſe.

¶Timor ſanguinē,calorem,atq; ſpiritū reportat ad īteriora,ſcilicet ad ſuā originē,& ad cor:atq; exteriora corporis refrigerat. Et in timore virtus aīę nō cōfortat̄:neq; ad exterio ra reuertit̄,& idcirco calor extinguit̄:intantū vt totū refrigeret̄ corpus. Et illa accidētia q̄ ſubito fiūt in timore & ī triſtitia paulatim conſtringunt:& non differunt niſi in magnitudine,& fortitudine:nō autem genere. Hęc Galenus in.v. de accidenti & morbo cap.vj.

¶Terror,& timor turbant virtutē,& debilitāt ipſam nō minus alijs cauſis. Hęc Galenus in lib. de typo,ca.iij. Q̄d etiā ſenſit in tertio techni:cū dixit. Timoris,inuidiæ,& ſollicitudinis.extermināt enim,& permutant corpora ab ea quę ſecundum naturā conſiſtētia. In cuius cōmento ſcripſit Hali.

Timor autem,& pauor faciũt accidere frigus ſuperfluum. Et ideo dicebat Hippocrates in.vj.aphoriſmorum aphoriſmo.xxiij. Si timor,& puſillanimitas multum habeāt tps habitum melancholicum perficiunt.

¶ Triſtitia naturalis eſt caloris ingreſſus ad corporis interiora paulatim:intātū quādoq̨,q corpori febrem vni⁹ diei afferat.cui⁹ ſi diuturnius tempus fiat,corpus fortiter calefacit,omniaq̨ calefiunt mēbra,ſolidaturq̨ calor naturalis in principalibus membris,fitq̨ abinde ethica febris.Hęc Hali.v.Theoricæ cap.vltimo.

¶ Triſtitia multū exiccat,& pigritia virtutes laxat animales & cōplexionē ad phlegmatis ꝓprietatē iclinat.Hęc Auicēna in tertia primi cap.iiij.Et in.xiij.tertij tractatu.iij.ca.iij. ait.Triſtitia eſt cauſa corruptionis,& deſtructionis digeſtionis.Et in lib.de viribus cordis cap.v.In melācholicis habētibus ſpiritus tenebroſos perdurat triſtitia.

¶ Agonia,& triſtitiæ,& iræ,& ſollicitudines ī quolibet modo nocēt diſſoluētes virtutē.Hęc Galen⁹.vj.Therapeuticę ca.iiij.Et ī.v.de accidēti & morbo.ca.vj.ſic ſcripſit de ipſa. Quib⁹ accidit triſtitia frequēter,mortui ſunt:& hęc puſillanimibus ſolet euenire:nā eorū aīa debilis,atq̨ defecta,extīguit:atq̨ ſuffocat.Extīguit aūt ꝓpter frigoris domīationē Suffocatur autē quia ſanguis ad ſuā reuertit originē:ac coadunatur.& propter has cauſas deſiccat corpora.

¶ Spirit⁹ triſtis deſiccat oſſa.Salomon ī ꝓuerbijs ca.xvij. & in cap.xxv.eorūdem.Sicut tinea veſtimēto,& vermis ligno:ita triſtitia viri nocet cordi.Concludamus igit cū eodē in cap.xxx.Eccleſiaſtici dicēte.Triſtitiā non des aīæ tuæ,& nō affligas temetipſum in cōſilio tuo.triſtitiā longe expelle a te.multos eīn occidit triſtitia,& nō eſt vtilitas in ea.

¶ De inuidētia. Cap.IIII.

INuidētia eſt ęgritudo ſuſpecta ꝓpter alterius res ſecūdas:q̄ nihil noceāt inuidēti.Nā ſi quis doleat ei⁹ reb⁹ ſecūdis:a quo ipſe lędat:nō recte dicit iuī-

dere. vt ſi Hectori Agamẽnon. Qui autẽ: cui alteri⁹ cõmoda nihil noceant: tñ eum doleat his frui: is profecto inuidet.

ℂ De Inuidia & imaginatione. Collectiones.

ℂ De inuidia dixit Hali. in cõmẽto. xxxv. tertij libr. techni. Inuidia vero, & triſtitia faciũt accidere frigus. In cuius commenti textu Gale. inter cauſas corp⁹ exterminãtes, inuidiã, & ſollicitudinem enumerauit.

ℂ Immoderati motus: q ſunt in cõcupiſcẽtia, ira, & cogitatiõe, magis cholericũ reddũt hominẽ. vnde febres & oẽs calidę ægritudines cõſequunẽ. Defectiui vero mot⁹ magis phlegmaticũ, & frigidiorẽ. vñ oppilatiões hepatis, & ſplenis, & epilepſię, & apoplexię, & oẽs rheumaticę ægritudines fiunt. Hæc Galenus in primo de regimine ſanitatis.

ℂ De fortis imaginationis potẽtia pręueniente vſq; ad exteriora, & illa permutante, Cõſiliator in cõmẽto. xxxij. ſeptimę ꝓblematũ particulę multa ſcripſit. Et nos plura ſcripſimus in lib. noſtro de vita ſana. Auicẽna in ſecũda primi doctrina ſecunda cap. xiiij. voluit ꝙ poſſibile ſit vt pucr ſimiletur ei cuius forma coitus tẽpore fuit imaginata. Et i. xxj. tertij cap. ij. idem ſimiliter voluit.

ℂ De gaudio. Cap. V.

GAudium, & triſtitia opatiões nõ ſunt: ſed ab operatiõe neceſſario ꝓfluunt. Sicut palati delectatio nõ eſt ipa cibi cõtritio: ſed ex cõtritione: ſicut lux ex ſole: calor ex igne, & pulchritudo ex iuuẽta cõſurgit. Propterea etſi operatio ipa in noſtra eſt poteſtate vt amare, & odiſſe: poſitis tñ operationib⁹: delectatio aut triſtitia, velim⁹ nolim⁹ ſplendet, & calet. Dolor igiẽ corpis, & animi triſtitia: ſiliter gaudiũ, & delectatio operationes nõ ſunt verũ ex operatiõib⁹ ſurgũt. Amare, & odiſſe: qđ eſt volũtatis: ſenſiſſe & pcipere: qđ ſpectat ad ſenſum: opatiões ſunt. Ex his oriunẽ iſta: mœror: lętitia: dolor, & voluptas: quas latini pturbatiões: noui theologi paſſiones: gręci pathe dicũt.

¶De gaudio. Collectiones.

¶Gaudium naturalis eſt exit⁹ caloris ad corporis exterio ra, eiuſq; diffuſio. quæ ſi paulatim facta fuerit animã habet confortare, caloremq; naturalem in omni corpore & humo res temperare, & ſanguinem caloris tẽperantia naturalis au gere: corpulẽtiãq; corpori facere. Itaq; omnib⁹ cõuenit cor porib⁹ temperatis: niſi q̃ quando ſemel, ſubitumq; fit, ali quando interficit: naturalis diſſolutione caloris, & diſperſio ne. Fertur eñ Hameſſus nimietate gaudij, qđ illi ſubitũ ſu peruenit, interijſſe. Hæc Hali. v. Theoricæ cap. vltimo.

¶Ex ira nullus vnq̃ mortu⁹ eſt: ex gaudio autem q̃ plures puſillanimes. & propterea temperate gaudendũ eſt: quoniã vt moderata omnia conſeruãt: ſic cũcta ſuperflua ſolẽt ex tinguere. Hæc Galenus in. v. de accidenti, & morbo.

¶Magnum gaudium eſt ex rebus corpus impinguãtibus qđ ſi magnificetur valde, & cõtingat ſubito, necat, & interfi cit, & maxime valde pinguem: & hoc quia in corporib⁹ ma gnam pinguedinem habẽtibus eſt paruus calor ratiõe par uitatis, & anguſtiæ venarum ipſorum. Auerrois in cãticis commento. clviij.

¶Q uando ſpiritus, qui eſt in corde, eſt multus: & eſt tem peratus in complexione: & in ſubſtãtia luminoſus: & ſplen didus: tunc eſt ad gaudium diſpoſitio fortis. Hęc Auicẽna in libello de viribus cordis. cap. iiij.

¶Cognoui, quia nõ eſſet melius niſi lætari, & facere bona in vita ſua. Eccleſiaſtici cap. iij. Et in ca. v. eiuſdẽ. Hoc itaq; mihi viſum eſt bonum: vt comedat quis, & bibat, & fruatur lętitia ex labore ſuo quo laborauit. Cum Seneca igitur con cludamus in tragœdijs. Dum fata ſinunt viuite læti.

LIBER SEPTIMVS De repletione,& inanitione.

¶Quæ corpora euacuanda ſunt:& de quatuor humoribus corporis. Cap.I.

DVm de humano corpe ars vna ſit:duę ſunt pręcipuę, ac maxīę eius partes. Vna quidē ſanitatē: Altera vero curā prętendēs. At quoniam tum dignitate,tū tēpore prior ē ęgritudine ſanitas: nos quoq; pri⁹ quo pacto cuſtodiēda ſanitas videat̃, dicēdum arbitramur. Deinde in nr̃o aggregatore quo pacto quiſpiā optīe morbis medeat̃. Sanitas itaq; duob⁹ dicit̃ modis. Vno quidem modo exacta: & optima:ꝑfectaq; & extrema. Altera vero qua diſtinguitur:qua magis:& qua minus corpora valeant. Prius igitur dicendū eſt quænā ſint corporis humani elementa. Vt itaq; mundus:ita & homo ex quatuor iſtis cōſtat elementis:nēpe ſanguine,& pituita:& vtraq; bile:tam atra q̃ flaua. Nā ſanguis aeri aſſimilatur: Pituita aquæ:flaua bilis igni:atra bilis terrę. Horū enim ſingula ſuorū habent elementorū qualitates. Guſtu porro ſāguis dulcis.pituitā ſalſā.flaua bilis amara.atra bilis acuta. Fons ſanguinis eſt cor:& in ipſum ſpiritus:per cordis partē dextrā ſanguis:ꝑ ſiniſtrā ſpūs.flaua bilis ex iecore. Atra ex ſplene. Pituita ex cerebro. Eſt nāq; ſāguis calid⁹,& humid⁹. Pituita frigida,& humida. Flaua bilis calida,& arida. Atra bilis arida,& frigida. Arterię ex corde purum ſanguinē,ac pituitam admittunt. Venę quoq; ex corde,quē iecori cor ſuggerit,ſanguine affluentes. neq; enī ignis ſine fomēto conſiſterit. Hæc autem elementa an pri-

mi hominis culpâ tanta harmonia cõtinuata erant: vt ex ipſis: neq; mors/ neq; motb⁹/ neq; moleſtię quicq̃ emergeret. At ſoluta hominis in deũ obediẽtia: ſoluta eſt humorũ huiuſmodi pax: diſſipata cõcordia. Pituita p̃dominãs ſynanchias: Melãcholia quartanas: Cholera tertianas: Sãguis cõtinuas febres facit. Hoc autẽ exẽpli gratia dictũ ſit. Nã multis: & innũerabilibus pene modis humores iſti a medio diſcedẽtes gña infinita morborum inducũt. Cholera itẽ fulua: quia acuta eſt, & ignea: repẽtinas iras tollit: & quaſi nubibus æſtiuis cito deſiſtit. Atra ſi irã cõcipiat, ei⁹ eſt ptinax: & ſero ſe cohibet. Qui illã patiũtur: iracundi vocantur: q vero hãc amari & acerbi. Sũt etiã qui atrã cũ fulua miſcuerũt: & ĩ his ſicut humorũ, ſic & morũ mixtura cõſurgit: & mediũ locũ tenẽt inter prędictos. Hippocrates vocat⁹ ab Abderitis: vt curaret Democritũ ſemp ridẽtẽ: inuenit eũ in agro auiculas exenterãtẽ: & receptacula humorũ iſtorũ veſtigantẽ. Multũ enim confert ad ſalutẽ corpis: & ad mores humanos iſta cognitio: & beneficio medicinę fieri poteſt, vt q̧s ĩ nouã cõplexionẽ, & per ſequelã in morũ trãſeat nouitatẽ: ſicut in his patet qui bilem atrã polyponio, & helleboro: fuluã vero curãt põtico: q̃d noſtri pharmacopolę rha barbarũ vocant.

¶Problemata.

¶Cur ſanguis in reliqua cõuertitur intima corporis elemẽta: at ea in altera nõ ita? Nẽpe q̧ ſanguis tenuis exiſtat: ac vtpote tenuis aliorũ poſſit craſſitudinẽ ſubire elementorũ: vt aerem eſt videre. Alia vero: quæ craſſa ſunt: nequaq̃ cõmutantur.

¶Cur plenitudine facta ſanguinis detractio pręter leuitatẽ aliud adiumentum affert? Q̧ præter leuitatem, corporiſq; apertionem ſuccurrat aliis: q̧ natura quaſi in egeſtatẽ redactã inanitatẽ ſanguinis alio corpori opituletur modo: quaſi q̧ egeat repletiõe, cũcta cõſumit ſuperflua humorũ: vtilitatem in ſeſe venando: alliciendoq;.

¶Cur purgatoria medicamina pituitam quidem agunt, &

bilem ex venis in aluum:ſanguinē vero nō: vtcūq; tenuis ſit? Aut q agit extrarium:qđ molleſcere nō poteſt. Atqui ſupfluitas aliena eſt. Aut q craſſior eſt ſanguis.craſſior cer te:quando frigefactus fuerit:& ſe coagulauerit.

¶Cur ſanis,& ſenibus infernæ purgationes nō cōferūt:ce lerrime ſiquidem deijciunt:& graciles euadunt? Quippe q ęgrotis quidē ſupfluitates abeūt.ſanis autē eorū quę ipſos ſuſtinēt,& extruūt,fit ablatio:& pinde colliqfactio nō eſt in morbo amota ſupfluitas. Cū ergo iuaſerit:fundit⁹. cōcutit.

¶Cur in medicatis potionibus,& in exercitijs nō ſtatim ci bum proferimus? Nempe q adhuc corpus purgatur:& nō vna circa ipſa laborat natura:ſed egerit adhuc ſuperflua: & permutatio magna cum fuerit,eſt inutile.fit autē poſt mul tam exinanitionem conferta expletio.

¶Cur per ęſtum potius gignitur bilis cū minores ſint ſup fluitates? Nempe q calidum idoneum ad putreſcendū eſt. bilis autem ex putredine.

¶Cur noctu ex minori purgāt medicamina:q̄ interdiu? nā ſcamonia ab octaua parte purgat:electeriū aūt a parte q̄rta cū exhibita fuerint catapotia. Nēpe ob hæc tria:ob humidi tatem:ob caliditatē:ob longū tēpus.quaten⁹ enī humidio res eatenus magis purgātur:humida ſiquidē eſt purgatio. atqui ſupeꝛfluitas in lōgiore tēpore magis purgat.id autem noctu magis accidit ꝑpterea q ſomn⁹ concoquit. itaq; ve locius:& impēſius ſentire corpus medicamen conſtat.

¶De repletione & inanitione Collectiones.

¶Tertia cōmotionis ſpecies tūc demū cū ſumma cogit ne ceſſitas,vtilis:aliter vero nullo mō ſanę mētis homini ſuſci pienda. Medicorū illa purgatio eſt:quæ pharmacis idēſt ſo lutiuis medelis fieri ſolet. Morbi enim, niſi periculoſiſſimi ſint,pharmacis irritādi nō ſunt. Quapropter diligētia vict⁹ corrigēdi & gubernādi ſūt morbi:ꝑut cuiq; datˀ ociū: neq; difficile:infeſtūq; malū pharmacis inſtigādū. Hæc Plato in libro de vniuerſo:quē Timęū appellant:circa finem.

¶Id ſanguinē nominamus carniū & vniuerſi corporis pabulum. Vnde irrigatio diſtributa paſſim exhauſta cūcta replet. Modus autē impletionis euacuationiſve talis eſt/qualis in vniuerſo cuiuſlibet latio: per quā cognatū qdlibet ad ſeipſum ſe confert. Hæc Plato in eodem Timęo.

¶In exercitātibus ad ſummū bonę habitudines ſunt fallaces: ſi in vltimo fuerint. nō enī poſſunt manere ī eodē: neqꝫ quieſcere. qui vero non quieſcunt, nequaq̄ in melius addere relinquit̄ igitur ad peius. Horū igitur cauſa bonā habitudinem ſoluere cōfert: & nō tarde: vt rurſus pricipiū nutrimēti accipiat corpus &c. Hęc Hippocrates in primo aphoriſmorū. In cuius cōmēto Galen⁹ inquit. Vnde multi morte ſubitanea ſunt extincti corporibus ptingentibus in vltimitatē plenitudinis. Q đ ſenſerat Hippocrates vbi ſupra: & ī ſecūdo aphoriſmorum aphoriſmo. iiij. cum ait. Non plenitudo neqꝫ indigentia ſunt bona: quęcūqꝫ plenitudo fuerit illa.

¶Cum ęqualiter ſibi inuicem aucti fuerint humores, multitudo hęc plectoria nominatur. Cum aūt iam xāthā cholera vel nigra: vel phlegmate: vel ſeroſis humiditatibus plenū factum fuerit corpus: cacochimiā, & nō plectoriā vocāt talem diſpoſitionem. Hęc Galenus in ſecūdo Therapeuticæ diſtinctione. ij. ca. vlt. Et in lib. de euchimia ca. j. dicit. Qui non ſunt inſenſati bene perpendunt q̄ magnā habeat cacochimia virtutem ad ægritudinum generationem.

¶Ille, in quo multitudo exhuberat humorū in hyeme propter eius guloſitatē: & exercitij eius paruitatē, fit in vere ęgritudinibus aptus. Hæc Auicenna in. ij. primi doct. ij. ca. vj. Et in tertia primi doct. ij. ca. vij. inquit. Vehemens repletio ī qualibet diſpoſitione eſt poruetabilis. quot nāqꝫ hōies ſuperflue ſe repleuerūt: & ſuffocati interiere? Quæ etiam ſententia colligi poteſt ex verbo illo Ariſtotelis in prima problematum. problemate. xlvj. dicētis. Nutrimēti ſuperabundātia cauſa fit ægritudinis.

¶Dum perſeuerat pinguedo: ita qꝫ nō facit accidere nocu

mentum:non abhorreas eam. vita nanq; in humiditate exiſtit. verum oportet, vt caueas,& abhorreas eam in via ſup. fluitatis. licet non appareat eius nocumentum:repēte aduenit:& ſubito. ſecundum ꝙ dicitur in cap. v. vbi ait. Pinguedo ſuperflua eſt compos corporis a motu,& deambulatione,& cōuerſione:coarctans venas coarctatione conſtringēte eas. quare oppilat ſpiritui vias ſuas. quāobrē extinguitur multoties:& ſimiliter non peruenit ad eos ſpiraculum aeris: quare corrūpitur propter illud cōplexio ſpiritus eorum:& ſunt in timore ꝙ expellatur ſanguis eorum iterum ad locū conſtrictum:quare fortaſſe ſcindetur vena ſubito ſciſſione pernicioſa. Et ad ſummū mors ſuper vltimatos in pinguedine feſtinat:& proprie illos, qui impinguant̄ in prima ætate. ipſi enim minutas habēt venas & cōſtrictas:& ſunt expoſiti apoplexię & paralyſi:& pulſui cordis:& diarię: & malitię anhelitus:& ſyncopi:& febrib⁹ malis.

¶Ex negligentia autem extractionis ſanguinis cū aliquis phlebotomia indiget, accidunt apoſtemata:& exiturę: & febres cōcluſę:ac phreneſis:& pleureſis:& variolę:& morbil⁹: & paſſio emoptoica:& mors ſubitāea: & peſtilētia:atq; apoplexia ſanguinea:de q̄ facies viridis apparet:vel nigra:vel ſynanchia,& lepra. Hęc Raſis in. iiij. Almanſoris cap. xiiij. Et propterea ita cōcludit. Phlebotomia magna exiſtit medicina in ſanitate conſeruanda:valde proficiens:& ad egritudinum curationē congruens:ſi vt oportet fiat. Et i libro vij. eiuſdem cap. xxj. dicit iterum. Phlebotomia quoq; i ſanitatis cōſeruatione, ac ęgritudinū curatione maxima operationis medicinæ pars exiſtit:ſi qualis oportet fieri:fiat.

¶Cum ſanguis, aut cū humore qui vincit ſanguis dominatur a phlebotomia incipitur:quoniam ipſa eſt potiſſimū remedium ad euacuandum ſanguinem & reliquos humores:cum ſuperflue fuerint augmentati. Hæc Auicenna in prima. iij. cap. xxix.

¶Phlebotomia vniuerſalis eſt medicina oī paſſioī de ple

nitudine.hęc Galenus in cōmēto.xlvij.vj.aphoriſmorum. Et in libro de prognoſticatiōe p pulſum ca.vltimo. Si quatuor ſimiliter augeantur humores:p phlebotomiā eſt pricipaliſſima,& maxima euacuatio. Quę autem debeat eſſe ipſius quantitas, innuit nobis in.v.Therapeuticę cap.xiij.cū ait. In omni craſi corporis & in omni regione & hora & conſtitutione tantum humorum auferre eſt congruum: quantum ſuper id/qđ ſecundum naturam/auctum eſt.

¶ Tempus autē conueniens phlebotomię eſt ver: & tēpus ęſtatis ꝓhibet phlebotomiā ꝓpter debilitatē virtutis in illo tpe:& ꝓpter reſolutionē ſpirituū. verū ſi reqrat natura ægritudinis facias euacuationē:ſed in parua quantitate. Tēpus vero hyemis phlebotomiā prohibet ꝓpter coagulationem ſanguinis:& ꝓpter groſſitiem quā habet iſto tēpore. Tēpꝰ autē autumni:quia eſt ꝓpinquū ęſtati in ſua tēperātia ſiccitatis & caliditatis:nō eſt cōueniēs ad phlebotomiā ꝓpter ſiccitatē ipſius:& ꝓpter turbationē tēpus calidū qđ præceſſit. Hæc Auerrois in.vij.colliget. Et ideo cōcludamus cū Hippocrate in.vj.aphoriſmorū aphoriſmo.xlviij. ſic dicente. Quibuſcunq; cōuenit ſanguinē auferre ex venis:hos vere phlebotomare,aut pharmaciam dare cōuenit. Et in.vij.eorūdem,aphoriſmo.liiij. Quibuſcūq; conuenit ſanguinem auferre ex venis:hos oportet phlebotomare in vere.

¶ Solutione vētris vti prout oportet ſumma eſt medicina ad ſanitatis conſeruationem magnū ꝓbēs adiutorium. eſt enim poſſibile, vt huius operationis cauſa corpꝰ ab humore:qui ꝓpter ciborum errorē, vel ex diętę negligentia, vł ex corporis intēperātia ſolet generari:mundificet. Ob hoc igitur eſſe poteſt, vt corpus ſemper mundum exiſtat: & neq; ī eo ſuperfluitates ad ęgritudinum gñationē aptę remaneāt. Quapropter medicina vētris ſolutiua quiſq; vti debet: quę humorē, qui ei nocere ſolet/vel qui in eo ex ſui corporis diſpoſitione generari conſueuit, vt cauſa erroris ſui regiminis expellere cōſueuit. Qui autem ventris ſolutiōe plus īdiget

eſt, q corpus habet magnũ:& pingue:& q eſt guloſus atq; permultos eſt comedẽs cibos,& fructus:& qui parũ mouetur:& exercitatur. Hæc Raſis lib.iiij.cap.xv.

¶Nobis neceſſe ẽ pculdubio ſupfluitates euacuare. Quarum euacuatio ſecundũ plurimũ nõ cõpletur neq; eſt conueniens:niſi cũ medicinis fiat venenoſis:quę pculdubio naturã frangunt.quę etiã ſi venenoſę non eſſent:non poſſet eſſe quin eas bibere naturę laborioſum eſſet.quẽadmodũ dicit Hippocrates q medicina purgat & inueterat. Hęc Auicẽna in tertia primi doct.ij.cap.j. Et poſt aliqua,cauſam hui⁹ adduxit:cũ ait. Medicinę ſolutiuę cũ humore ſupfluo euacuãt ex humiditatibus,& ſpiritu,qui eſt ſubſtãtia vitę,partẽ magnã:& cũ hoc virtutẽ membrorũ principaliũ debilitant.

¶Natura medicinarũ ſolutiuarũ,eſt cõtraria naturę corporum:q ipę ſoluũt:& ſunt vniuerſaliter pnecãtes,& iterimentes ea. Hęc Gale.in.ij.regiminis acutorũ cõmento.xij. Et in quarto aphoriſmorũ cõmẽto.xlj. Purgatio augmẽtat defectionem virtutis. Et in primo de regimine ſanitatis inquit. Pharmaciæ calidæ ſunt:& ſiccæ:& ex quibus exiccãtur carnes:& attenuantur corpora.

¶Cõmunis medicinarũ ſecũdũ plurimũ malitia,eſt facere ſeneſcere corp⁹ & frequẽtãtib⁹ illas læſionẽ afferre pricipalibus mẽbris:& q ſunt mineræ virtutũ:& earũ motores debilitare:q ſunt ſpũs,& calor naturalis. Indicit ergo nobis neceſſitas admiſcere medicinis ſolutionẽ faciẽtibus, res quarũ pprietas eſt cõfortare cor:& mẽbra principalia: & afferre eis diſpoſitiões laudabiles. Et cũ hoc auxilio acqritur corpi reiuueneſcẽtia & icolumitas. Res aũt quarũ auxilio facim⁹ hoc:ſunt medicinæ cordiales: & ſtomachicæ & cerebrales. Hæc ex ſententia Ioannis Meſue.in cap.j.& canone.

¶Omnes medicinę ſolutiuę ſunt nociuę ſtomacho:& proprie ori eius:cum ſit pluris ſenſus ppter neruos qui oriũtur in eo:& ideo oportet vt permiſceantur cũ medicina quædã medicinæ odoriferæ:vt non occurrat virtus medicinarum

ſolutiuarũ ori ſtomachi nuda/& ſimplex. Hæc Galenꝰ in ſecundo regiminis acutoꝝ. cõmẽto. xj. Et in lib. de experimẽtis ca. vlti, inquit. Medici ingeniati ſunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua: quæ ſtomachum confortant.

¶ Putrefit omne qđ putrefit, ab extranea caliditate: ſicut a propria digeritur. in ęſtate quidem extraneũ dominat̃: propter qđ putreſcũt magis omnia in ip̃a. Hęc Ariſtoteles. iiij. meteororum: & in ſecunda problematũ. ꝓblemate. xxxiij. Et Auicẽna in lib. de viribus cordis cap. j. ſecundi tractatus inquit. Diſpoſitio humiditatis in quã agit calor, innaturalis putrefactio noiatur. hęc autem diſpoſitio in corporibus immũdis, & repletis inuenitur: quia ibi extraneæ exiſtũt humiditates: ab extrinſeco æſtatis calore alteratę: non parũ ẽt a naturali cõmotę & inflammatę: eo ꝙ vias obturent: & repleant plęrũq; : per quas naturalis ipſa caliditas flabellari ſolet, & refrigerari. & propterea fit ꝙ inde putrefactio in naturalibus, & vtilibus contingat humoribꝰ: ex qua diuerſę ęgritudinum ſpecies generantur.

¶ Mõſtratum eſt in libro cauſarum ęgritudinum: ꝙ illa ſola putrent corpora quęcũq; materiam habẽt calidam, & humidã intranſpirabilia, & inflãmabilia manentia in calido & humido loco. Si vero in motu fuerint: & flabellent̃: & trãſpirent: poſſent vtiq; imputribilia cuſtodiri. Hæc Galenus in v. Therapeuticæ.

¶ De vomitibus. Cap. II.

VOmitꝰ pituitam mouet: & caput exonerat: eũq; qui multũ comederit: vel vinum ſumpſerit multum: offendi non ſinit. opitulaturq; per vomitus deiectio corpore nimiũ intumente: necnõ ſupra modum attenuatis: fluxibileſq; omnes affectiões vomitus medicari cõſueuit. Velut hulcera renum: veſicæ: & anus: reliquarũq; partium: elephãtiaſi correptos: & cãcros leuat: maloſq; corp̃is habitus: necnõ affectiões articulares: hydropicis quoq; p̃ſertim intra carnẽ aquoſum habẽtes languorẽ,

Opitulatur arquatis & comitialibus a ſtomacho affectiõis principium capientibus. Nam eis q̃ in capite affectiões habent comitiales, nõ reſpondet vomit⁹. Iuuat tremores: apoplexias: orthopneas: melãcholias: impetiginoſa. At vomitus aduerſantur ſanguinis eductionibus: ſuffocationibus: nauſeantibus naturis: anima conſternatis: ac deficientibus perpetuo a ſuffocatione perturbatis: necnon qui exigua de cauſa capite oblangueſcunt: quiq; ſuffuſiõis habeat ſuſpitionem: cunctiſq; omnino oculorũ languoribus. Sunt aũt idonea ad vomitus ciendos nõ acria, & arida: ſed dulcia, & acutiora. Videtur in his conuenire raphan⁹: ſeu vt quidam loquuntur radicula, & æruca, & ſalſamentum vetus, et origanus viridis, & cepa pauca, & porrũ. cõuenit quoq; vomitib⁹ ptiſana aliquid mellis aſſumens: pingueſq; carnes.

¶ Problemata.

¶ Cur in nauigijs qdẽ nauſea biliosa: q̃ vero ſecus, pituitoſa: nẽpe qm̃ in alijs fatigatio: hic autem cũ metu, & tumultu. metus aũt cognatorũ cõmotor inteſtinorũ. pituita vero redundans quiddã eſt, & extrariũ: bilis porro cognatum ex cognatoq; procreatum quiddam eſt.

¶ Cur ex potibus, & vomitib⁹, & in frigoribus loquuntur homines grauius: vel cũ pituita guttur obſtipatur: Cõuellit ſiquidẽ diſtillationẽ alijs qdem vomitus, aut potus: alijs vero temporis ſtatus. Proinde grauior ſpiritus gignitur eductio: q̃ aũt valde grauis, eadem & tarda eſt.

¶ Cur potum oleum vomitum cit: & præſertim flauam bilem: Quoniam cũ ſit leue, & ſuperna petens, cibos elicit, ipſos ad ſtomachum eleuans. ſtomachus aũt grauatus vim egeſtiuam ad vomitum exuſcitat: præcipue flauam bilem: vtpote leuem ac tenuiſſimã: & facile ſurſum verſus euadẽtem. Q͛ autem oleum ſurſum petat, experientia ipſa manifeſtum. humido ſiquidem alicui admixtum ĩ ſuperiores ſe eueſtigio recipit partes.

¶ De Vomitibus. Collectiones.

¶ Vomitus eſt motus per quē res in concauitate ſtomachi manens expellitur. Hec Galenus in. vj. de accidenti & mor bo ca. j. Et Auicēna in. xiij. tertij tract. v. cap. viij. dicit. Vomitus, & ſubuerſio ſunt motus ſtomachi ad expellendū ex eo aliquid: qđ eſt in ipo: per viam oris. Qui autē humor per ipſum ſit aptus euacuari: expreſſit Auicēna i quarta primi cap. iiij. cū ait. Ex humoribus qui velociores ſunt obedientiæ vomitui, ſecundum plurimum eſt cholera: rebellis vero melancholia: medium autem phlegma.

¶ Vomitus in hyeme eſt abhorrendus. In ęſtate vero bon⁹ quoniam humores in æſtate ſunt natantes. In hyeme vero, ad ſuſtinendum declinantes. Hæc Auicenna in tertia. j. do. v. Et in quarta primi cap. xj. inquit. Aeſtas eſt tēpus: i quo magis eſt dignū vt in ipſo fiat vomitus. Quæ fuit Hippocratis ſententia in. iiij. aphoriſmorū aphoriſmo. iiij. dicētis. Purgare qdē ęſtate ſupiora: Hyeme vero iferiora oportet.

¶ Hoies q remotiores ſunt ab hoc: vt medic⁹ eos vomere faciat: ſunt q pect⁹ habēt ſtrictū, & qui phthiſi ſunt parati. Hæc Auicenna quarta primi. capitulis quarto & xj.

¶ Hippocrates pcepit vomitū fieri debere i vnoquoq; mēſe duob⁹ dieb⁹ cōtinuis: ppterea q cū eo cōſeruat ſanitas. Hoc autē plus eſt malū. Hæc Auicēna i quarta. j. ca. xiij. Et huius cauſam aſſignās inquit. Vomitus mundificat ſtomachū, & remouet grauitatē q accidit capiti: & clarificat viſum & aufert faſtidiū, & cōfert ei ad cui⁹ ſtomachū deſcēdit cholera: q ipſi⁹ corrumpit cibū: & remouet abominationē quæ fit pter vnctuoſitatē, & caſum deſyderij: & cōfert plurib⁹ infirmitatib⁹. Et ille cui quidē maius iuuamētum affert vomitus, eſt cuius cōplexio prima eſt cholerica.

¶ Non oportet vt in menſe pluſq bis ſani euomant: quoniam conſueſcit natura eijcere ſuperfluitates ad ſtomachū. Et ſcias q vomitus facilis, leuis ſine labore, & nō frequēs, i hora neceſſitatis, eſt maximi iuuamēti. Hæc Auicēna. xiij. tertij tract. j. cap. xxxv.

Vomitus ſi(vt debet)tēperate fiat:ſtomachū purgat,& digeſtiuā efficit meliorē:corpuſq; renouat,& mūdat caput, & ſenſum alleuiat:viſumq; acuit. Q; ſi mult⁹ fuerit, corp⁹ deſiccabit:& hepati,ac pectori:necnō oculis,& pulmoni nocebit. Et propterea vomitus nō frequēter fieri debet: corrūpitur enim ſtomachus:& ipſius virtus deſtruit.quare nō niſi cū oportuerit:fiat. Hæc Raſis in.iiij. Almāſoris cap.xvj. Et Auicēna in.xiij.tertij tract.v.ca.viij.dicit. In adminiſtratione quidem vomitus cum æqualitate eſt iuuamentū maximum. verum aſſiduatio eius maxime debilitat virtutem ſtomachi,& facit ipſum lacunam ſuperfluitatum.

De Deiectione ſeu purgatione humorum. Cap.III.

Operoſum eſt quorū ſana ſunt corpora, purgare: torquētur eñi & ſubuertūtur:proceditq; difficilis deiectio:cōfeſtimq; diſſoluunt:q eo modo purgātur. Expedit igitur eis:quos purgare velimus: prius tenuare,ſecareq; craſſos,& glutinoſos humores: ſpiramētaq;,quos voce græca poros noiam⁹, interpellare:qb⁹ ſucci trāſiunt,& trahunt a purgatorijs medicaminib⁹:ac ſeroſos,tenueſq; ſuccos i pricipio ęgritudinū deijcere expēdit. At i craſſis,& glutioſis expectāda cōcoctio. In acutis autē:cū moueant materię,& a pricipio medicamē adhibet:id multa fieri cōuenit cautione. In motu nāq;,& delatiōe,& fluxu cū fuerit hūores:verēdū ē ne quoquo modo ibecillū aliqđ ſuapte natura ĩteſtinū cōmotā excipiat materiā: pcipue thorax. Cū aūt pti alicui hūores iſederit:queadmodū in viſcerū fieri ſolet iflāmatiōib⁹: medicamē priuſq̃ cōcoctio facta fuerit,nō erit admouēdū.qcūq; eñi iflāmata(inqt Hippocrates)a pricipio medicamie diſſoluere tētauerit: ex cōſticto,& iflāmato nihil aufert.neq; eñi cruda ęgritudo ſe dedit ac remittit:verū q̃ ſana ſunt,& lāguorē oppugnāt, eiq; obſiſtunt:tū contabeſcūt. Cū enim debilitatū fuerit corp⁹, tū regnat ęgritudo:atqui qñcunq; regnarit ęgritudo,imminet

pernicies. In materierum quidem deductione vtimur purgationibus: in cephalea capitis morbo: hebeſcētibus oculis atq; in cæteris materialib⁹ morbis. In ſanguinis autē detractione per venas mēſura detractionis cōſyderāda ē. Aegritudinis etiam magnitudo: viriumq; robur in ſanguinis detractione cōſyderātur. quę magna quidē plus fieri poſſe indicāt detractionis: minora vero qualitate detractiōis purgādū deijciēdūq; quoad vis magnitudoq; morbi diminuat. Cōſyderāda porro eſt: qualiſnā ſit hois natura. Nam ſi mediocriter graciles corpore fuerint: ingēteſq; habeant venas, & ſanguine refertas: atq; copioſas: detractioni parcēdū nō eſt. At ſi venas habeāt āguſtas: albiq; corpore: molliq; carne: parce ſanguis eſt detrahēdus. paucū nāq; hi habent ſanguinē: ac facile diſtrahuntur. Eadem ratione, ne quidē adoleſcētibus annorū quatuordecim detrahēd⁹ eſt ſanguis, & ne quidem ſenibus præcipue debilibus. at quib⁹ vires ſunt integrę: & neceſſitas efflagitat: vel ſeptuaginta annos natis ſanguinem dempſeris.

¶ Problemata.

¶ Cur inferna purgatione, magis q̄ ſuperna, graciles fiūt? Nempe q, ex inferna ad aluū ex toto corpore quę ſubſidūt cōtrahi poſſint. hoc autem manifeſtū ex fœtuū nutrimento. In illo enim loco, qui ſunt fœtus, nutriuntur. Poſtrema ſiquidē eum tenēt locum. Surſum autem verſus a vicinis exeūt locis. Proinde a minori vi multo mobiliora ſunt cuncta q̄ deorſum: q, præcellāt ad ſeſe deferendū. Superna igitur purgatio emergens extrarium ſolum rapit. ideo etiā helleborum prębētes eueſtigio cōfirmāt. Quæ autem inferna purgatio, ea ex multiplici cogit loco, & aliquando multa ſecū p̄cipua cōuellit: nec ſupfluitatibus moderatur. Quapropter cōfert plerūq; nō omnia exinanire: ſiunt ſiquidem reliquiæ nutrimentū, & robur ſuppetunt. Cum autem nihil relictū fuerit: eſt vbi exinanitionem vehementē faciat: eſt vbi admodū exhauſti interficiantur: eſt cum tardiuſcula oblata

compoſitio opportuniſſimo adueniat loco.

¶Cur ecōtrario albus,& niger helleborus purgat? Nēpe q̄ calida purgatoria ſunt. Calido ſiqdē cūcta ſoluunt. frigido aūt potius coagulātur. Si igit̄ quędā inferne: q̄dā vero ſupne purgantur: aſſimulatur ipſorū vtrūq; medicaminū purgationi. Grauis q̄dē,& denſus eſt: qui niger. Albus vero rarus,& leuis. quę igit̄ ſub vtroq; cētro humida cū ipſis tulerit ſimilitudinē: quæ ſub nigro grauia,& dēſa, ferēdi deorſum naturā habēt. quę aūt ab albo rara effecta,& leuia, facile ab excellente caliditate eleuantur in ſublime.

¶Cur medicamenta,& res amarę,aut fœdi odoris magna ex parte purgare poſſunt? An q̄m amara quæcūq; maleq; olētia cōcoqui nequeūt. Qua de cauſa medicamēta quoq; amara ſunt: atq; fœtida. Q̄ eñ concoctionē nullā ſibi admittāt,mouereq; cū amaritudine poſſunt: hinc medicamēti ſortiūtur naturā. Et ſi iuſto plus data ſint p̄imēt. Quę aūt necāt: etiā ſi exigua dent̄: hęc nō medicamēta,ſed toxica eē dicimus. Ne illa q̄dē medicamēta vocamus: q̄ nō ſui generis qualitate purgare q̄ant. Sūt eñ plæraq; in genere cibi: q̄ ſi large ſumant̄,facere idē poterūt: ceu lac/oleū/muſtū. Sed hęc oīa q̄ minus facile cōcoquūtur, iccirco purgāt: nec oēs ſed aliquos. Sunt eñ aliis alia cōcoctu facilia: difficilia ve. Quāobrē non eadē medicamēto omnibus ſunt: ſed ꝓpria pleriſq; comperiuntur. Deniq; medicamētū nō ſolū concoctione immune: ſed etiā motus efficiēs eſſe debet: ſicut & exercitandi ratio extrinſecus,aut intrinſecus accedens nō niſi per motum alienam excernit materiam.

¶De deiectione,ſeu purgatiōe humoꝝ Collectiōes.

¶Nō intendimus impñſentiarū velle de purgatiuis medicinis lōgū: vt earū materia expeteret: ſermonē facere. ſed tātū hoc in loco decreuimus purgari volētes admonere: q̄ ꝓ eorū poſſe laborioſa pharmaca nō aſſumāt: ſed cū leuibus,& benedictis medicinis ſupfluitates ſui corpis,cū opportunū fuerit,euacuēt: quę nō habeāt virtutē,& mēbra principalia

debilitare:ſed potius eis conferre:qualis eſt Aloes:qui ſecũ dũ q̀ inqt Meſue,eſt de melioribus & ſublimioribus medicinis habẽs ꝓrogatiuã ſupra alias medicinas. Et q̃q̃ intẽtio ſolutiui ſecũdũ plurimũ ſit debilitare virtutes,& membra:q̃ ſunt minerae virtutũ: & afferre eis nocumentũ:cadit tñ haec intentio ab Aloe:nõ ſolũ enim nõ nocet:ſed inuenit̃ ad confortationẽ mẽbrorũ debiliũ addere:& ad reditionẽ eorũ i ꝓprias virtutes cõferre:neq; ad aliud,niſi ad vnũ videtur eſſe nociuum:quia aperit orificia venarũ apertione ſanguinem manare faciẽte:niſi cũ dragaganto,aut maſtiche,vl' aliquo ſimili rectificetur. Solutione em̃ educit cholerã,& phlegma & mundificat caput ab eis,& ſtomachũ:& cõfert iuuamẽtũ magnũ doloribus eorũ.Et qui aſſiduat acceptionẽ eius diebus cõtinuis,non videbit in corpore ſuo,neq; in inſtrumentis ſenſuũ ſuorũ aegritudinẽ:q̃ nõ ſit habilis ſanari:& pręſeruat a putrefactione:ita q̀ etiam cadauera.Haec Meſue cap. proprio.Ipſo itaq; vtendũ eſt:cum in ſtomacho,vel capite aliqua repletio a ſanis percepta fuerit.

¶ Species omnes Mirobalanorũ valent ad mũdificandũ repletiões humorũ:& valde cõueniũt.vt colligitur ex dictis Galeni/Diaſcoridis/Raſis/& Auicennae.Non enim debilitant cum ſolutione ſua,immo cõfortãt ſtomachum:& proprie viſcera:& praeparant,& coadunant partes eorum,& cõfortant cor,& hepar,& corpus totũ.Neq; enim,niſi ad vnũ, vident̃ nociui:qm̃ faciunt cadere ꝑparatos in oppilatiões: niſi rectificẽtur cum diureticis abſynthio/ſpica/ & ſimilib⁹. ſunt enim vt dixit Meſue ex rebus quae faciunt vtentes ſe iuueneſcere:& acquirunt eis colorem bonũ,& bonitatẽ odoris oris,& ſudoris:& generant gaudium,& hilaritatem:& cõfortant ſtomachũ/cor/& hepar, & cõferunt tremori cordis, & confortant/& mundificant ſtomachũ:conferunt hęmorrhoidibus,& extinguũt cholerę rubeae iſlãmationẽ. Et citrinorũ pręcipue opatio in hoc eſt pręexcellens:cum ipſi ſolutione educant eã:& cõferũt cõplexiones habẽtibus calidas:

Chebuli autē: q ſunt ſpecies eorū ſecūda: educūt phlegma, & adducunt in ratione: & clarificant viſum, & mūdificāt ſtomachū, & cōfortāt ipm. Nigri aūt: q ſunt tertia ſpecies ipſorū, diſſolutione educūt melancholiā, & cholerā aduſtā, & clarificāt colorē, & remouēt triſtitiā conferēdo quartanarijs, leproſis, & huiuſmodi. Emblici quoq; ſpecies quarta ipſorū nō minus alijs vtiles exiſtūt: eo q teſte eodē Meſue ſunt ex medicinis cōfortantibus ſtomachū/cor/& hepar/& viſcera ſolutiōe educētes phlegma: & ſunt ex rebus valde cōfortātibus cerebrū, & neruos: & augent intellectū, & confortāt cor, mūdificāt ſtomachū a phlegmate, & putrefactiōe, & cōfortāt ipm, & pparāt, & ſedāt feruorē in eo, & auferunt ſitim, & addūt i appetitū, & ſedāt vomitū. Belirici quoq;, poſtrema Mirobalanorū ſpecies: ſunt ex medicinis benedictis: & eaſdem cum emblicis habent proprietates: ideo ſani ſicut infirmi non debent alias his medicinas fortiores eligere: cū poterūt huiuſcemodi iā dictis ſua corpora a ſuperfluitatibus ſufficienter mundificare.

¶ Rha barbarū ē ex medicinis bndictis, & ſolēnib⁹: in quo aggregant multę ex itētionib⁹ q̄ q̄runt in re faciēte mūdificationē. Et nō eſt i eo nocumētū apparēs: & dat in oi tpe, & in oi ętate: ita q ēt pueris, & pgnantib⁹. Et de elegātioribus, & meliorib⁹, q̄ iūcta cū eo magnificāt opationē ei⁹, ē aqua lactis ſumpta ex capris. Solutiōe educit cholerā, & phlegma & maior eius pprietas eſt mūdificare, & confortare hepar & ſtomachū, & cōferre doloribus pūgitiuis eorū, & viſcerū, & clarificare ſanguinē, & auferre oppilatiōes: & morbos: quorū mr eſt oppilatio: ſicut hydropiſin/icteriā/& groſſitiā ſplenis, & febres oppilationū. hæc Meſue. cap. proprio.

¶ Caſia quoq; fiſtula mūdificat ſanguinē, & cōpeſcit oēm acuitatē, ſedat ſitim, & proprie cū ſucco endiuię, aut ſolatri depurati: & clarificati ſecundum artem. Et ipſa quidē mūdificat ſtomachum, & educit choleram, & phlegma, & operat illud ſine nocumento, & exceſſu, caret enim mordicatione.

Et ipſa quidē lenit pectus,& guttur:& reſoluit apoſtemata acuta in eis:& cōfert calefactioni renū ſumpta cū diureticis & infuſione liquiritiæ: & prohibet generationē lapidis ī eis: & confert febribus calidis.Hæc Meſue.

¶Manna,& Tamarindi medicinę ſunt faciles:nō minuſq; delectabiles exiſtūt: pro tali purgatione humorū,& p̄cipue cholericorū valde vtiles eſſe approbāt: cū eaſdē ferme virtutes habeant & operatiōes cū caſia, & reliquis ante ſcriptis Et ideo ſanis nō min⁹ q̄ ęgris qbuſdā vidētur cōuenire. Et ſi Tamarindi lędāt ſtomachū frigidū,& debilitēt(vt inquit Meſue)tn̄ & illud facile poteſt remoueri permiſcēdo eos cū ſpica,ſucco fœniculi,& huiuſmōi ſtomachū cōfortātibus.

¶Prętantiſſimo viro, dn̄o Andreæ Briello Apollineę artis p̄feſſori benemerito :cōſiliario,atq; Phyſico Regio Simphorianus Champerius. S.P.D.

Itaſti me prior beniuolētia Andrea me dicorū doctiſſime: q antea q̄ vllā tecū habuerim cōſuetudinē:vir, & doctrīa, & virtutib⁹ inſignis,me in amicitię tuę aleā inuitaſti. Ego aūt:q̄ in amore nō reſpōdere lōge ab homīe alienū, plane q̄ nefas eē exiſtimaueri:duxi hāc margaritā ſanitatis haud ab re dictā opuſculū ni fallor clarū tibi deſtinare. Tū ab vxore mea nobili Margarita:fœmīa qdē ex clariſſīa Terralliorū familia orta.Tū q̄ queādmodū Margaritę p ſe ſolę quoquo in ſtatu ſint plurimū valēt:& ſi i cęlato auro repoſitę fuerint:magis lucere:magiſq; hominū intuitū ad ſuā cōtēplationē allicere vidētur: Sic & noſtri opis Margaritæ:in quocūq; curādi genere pſiſtāt:p ſeipſas graues/ſcitę/frugales/& p̄ſtātes ſunt, ac maxīe cōducibiles. Interī ergo hæc paucula p̄ientaculo fuerint : quoaduſq; opiparæ cœnæ fercula comparentur. Vale. Nanceij. Anno dn̄i.M.cccccxij.ix.Calēd.Ianuarij.

¶Margarita pretioſa domini Simphoriani Champerij in Roſam Gallicam De Medici,atq; ęgri officio:in ſe cõtinẽs medicorũ pcepta/auctoritates/atq; ſentẽtias memoratu dignas:ex diuerſorũ philoſophorũ/medicorũ/multorũq; aliorum clarorũ virorũ libris in vnũ collectas:quæ ad rectã viuendi formam medicum conducunt.

¶De Medici officio circa infirmũ. Cap.I.

CVm quatuor fere ſint ęgritudinũ tpa/pricipiũ/incremẽtũ/ſtatus/& declinatio: in pricipijs qdẽ tenui op⁹ ẽ alimẽto:non eq dẽ multo ad cõſeruationẽ diſponendã,quoad ęgritudinis fuerit ſolutio.Inter incremẽta tenuiores cibi q̃ pri⁹. In ſtatib⁹ ne vires ſubuertant,& lãguori cedãt, ac ſuccũbãt etiã admodũ tenuis cibus exhibendus.In declinatio nib⁹ plus alimẽti quatenus ſubſidat morbus. At cũ ſint in ęgritudinibus ſtatus tres:eorũ alij acutiſſimi:alij tardiſſimi: alij intermedij: mediocritate quadã differẽtes.Verũtamẽ iuxta ętatẽ,iuxta tẽperationẽ:quã craſin vocãt gręci:tẽpuſq; habitationẽq;,ac cõſuetudinẽ perite,ac minime imprudenter victus eſt ęgro,vel debili accõmodãdus. Cõſyderãdũ i primis exhibito ne vires ſauciẽtur cibo. At victus tenuiſſimus pſertim in multorũ dierũ ęgritudinibus,ętate iuuenili, tẽperatiõe calida,corporib⁹ robuſtis,calidiore aere,locis calidis,& multi cibatus cõſuetudinibus, prorſus itolerabilis: quippe q robur corporis ſubuellẽs:vt in cõtrarijs adiuueris.Inſitus em̃ calor cũ extrĩſecus alimẽtũ nõ admiſerit: qd

intus eſt ſupfluũ venatur:ad humoreſq̃ abſumẽdos deuol uitur: quos depaſcitur ſanitatẽ peſſum mittẽtes. Proinde fu giẽdi minime opportuni victus, pariterq̃ lõgiores inediæ/ quę inuicem opponũtur:e regioneq̃ inter ſe diſtant:naturę infeſtę. In ipſius aũt morbi pricipio/concocta/& cruda. Vn de morbus qualiſcũq̃ fuerit, ex egeſtionib⁹ licebit dinoſce re. Quæ ſuperne:cũ tuſſi per naſum & os, in cerebro, & pulmone, & thorace eſſe ſignificãtur ex concretione, & colore. Quę inferne: vẽtris inferioris, & venarũ aperiũt affectionẽ. Loca quoq̃ in quibus accumulantur, & per quæ deducuntur:& vnde ferri incipiunt. qđ profecto e memoria labi non debet.

¶De fine ægritudinis, & qualiter medicus habere ſe debet in criſi. Cap. II.

Finis in ęgritudinibus repẽtina ſolutio, & dilatio, & validiſſima criſis eſt. Eſt nanq̃ vt in noſtro ag gregatore diximus, criſis cõfeſtim oborta cum certamine mutatio:& primo vehemẽs quædam ægritudinis obluctatio, & naturę, vtraq̃ alterã oppugnãte: vt pugnantes ſeſe inuicem inuadẽtes impetu ingruunt:. vt altero alter euadat ſuperior. Criſis ideo ſolet appellari:ꝙ cũ talis pugna pugnatur:inde iudicium ſpectãtis poſſit exhibere morbus ne an natura in languente potenti⁹ inſurgat, impugnet ve. Proinde: ſi qui humores incocti morbum faciãt, mouendi nõ ſunt. Vet⁹ enim oratio eſt cruda mouẽda non eſſe. Quare ſi criſes ægrotanti ſup concoctis adueniãt ad ſanitatẽ conferunt. Contra vero ſi huiuſmodi humores extrarij incocti ſint, inutilis ẽ omnis criſis. Ideo cruda mollia reddenda ſunt:atq̃ mitiganda (vt Galenus tradit) contrarijs cõtraria adhibendo: non aceruatim, fuſimq̃:ſed ſen ſim:ne caſus quiſpiã improuiſus ad aliquam perducat diſ tẽperantiã. Et ſic contraria contrarijs plęrũq̃ medendo, ne ceſſariũ eſt qualitatũ exceſſus, ſiue ſinguli, ſiue bini ſint, infringere, oppoſita adhibendo.

¶Quatuor naturę ſtatus cõſyderãdi a medico. Cap.III.

INſignes cõſyderãdi ſunt quatuor naturæ ſtatus: vbi cõiectãdi,& quãtũ,& quãdo,& quomodo nõ erit difficile. Omniũ ſiqdẽ quatuor ſunt cognitiones. vna valetudinis primę, ac potioris. ſecũda vnde morbus inhorreſcit,& lõgius ſerpit, & reſidẽs concutiat primũ pturbando. Tertia: quę opprimit, & ſenſim laxat,& mollit,& diſcerpit,& oĩfariã manifeſto diſſoluit. Quarta cũ ad ſanitatẽ rediẽs cõfirmatus eſt. qui ſtatus cõualeſcẽdi nominatur: cũ corpus impletur:& robur, vireſq; reſumit.

¶Tẽpora anni quatuor a Medico, conſyderãda. Cap.IIII.

ANni tempora quatuor cũ elementis affinitatẽ habẽt. Aer cũ vere. ẽ ſiqdẽ mediocriter humid⁹:& mediocriter calidus:& in temperie ſaluberrimus reſpicitq; pueritiã. Aeſtas ętatẽ iuuenilẽ. Ignis faciem refert: qui pariter calidus & aridus. Autumn⁹ confinis terrę eſt quę arida,& frigida: ſicut aquæ hyemis: quę frigida & humida grandiorẽ ætatẽ reſpiciens. Hæc ipſa tẽpora humores ſuos ſingula augent: ſanguinẽ ver: bilem flauã ęſtas auget,& amaram: Autumn⁹ acrem & atrã: pituitã hyems. Verũtamẽ tempora tam mixta ſunt: q̃ elementa: ita propemodũ in corpore mixti ſunt humores. Nã niſi hæc foret ꝑmixtio: cũcta perirent. Ita altero alterum coaleſcere voluit deus: ne ſuperante vno quouis cętera diſſoluerentur. nec in tẽporibus id modo: ſed etiã in ætatibus cuſtodiuit. q̃uis ſingulis ſint humores ętatibus accõmodati ſinguli. In partib⁹ quoq;, mẽbriſq; corporis differẽtia eſt:& ob inſtitutiões, ac mores,& ꝓpter habitationes: qm̃ magnas corporibus hæc oĩa inuehũt mutationes: alia quidẽ cito, alia aũt ſeriuſcule: alia vero multo poſt. Latet enĩ aliquãdiu cauſa: quæ poſtea erũpit,& tarde ad nutriẽdi ſe ingerit tẽperationẽ: ad idq; ſe infert: qđ in corpore poteſtatem obtinuerit. ꝓinde recte admonent: qui aiunt ex omnibus nihil eſſe paruifaciendum.

Qꝛ ſi contraria contrarijs(vt dictum eſt)plerūq; medentur: neceſſarium eſt qualitatem exceſſus,ſiue ſinguli,ſiue bini ſint,infringere,oppoſita adhibēdo:nō aceruatim,fuſimq;, ſed ſenſim:ne caſus quiſpiam improuiſus ad aliquā perducat diſtemperantiam.

❡De Lunæ cū nr̄is corpib⁹ affinitate. Cap.V.

LVna certe varijs ſuis qualitatib⁹ vario tempore corporib⁹ noſtris poteſt qualitates quoq; varias inuehere:tā ſua quadā ꝓprietate:ꝗ ꝓpinquitate. In ægritudinib⁹ aūt plurimū poteſt:& eo magis quo acutiores extiterint.Quippe quę procliuius cōmouentur:faciliuſq; agitātur:vtpote multiformib⁹ obnoxię motibus:& perinde æger frequentiſſime lunę ſequitur mutationes:quæ ab ipſius a ſole fiunt diſtātijs,numeroſiſq; cū oīb⁹ errantibus ſtellis figuris,ſexangula/quadrangula/triangula/diametro,cum e regione diſtant,& coitu.De quibus in libro noſtro de vita cęlitus comparanda abunde,vt reor,dictum eſt.At nulla fere dies eſt:quæ nō ſuſcipiat criſim.ſiquidē quotidie ex ſole ipſi lunę ſunt mutationes:nō tamē eodē modo habēt homines:neq; item criſes ſimiles.Aliubi nāq; manifeſtę luminarium ad ſe inuicem ſunt figurę:ex quib⁹ nō paruę fiunt mutatiōes.Aliubi incertę.Ita & quæ criſium ſunt.Aliubi q̄dē euidētes.Aliubi obſcurę.Per nonā,& ſextā multū inſignē,q̄ntāq;,& tertiā neutiq̄ criſes deliteſcūt. quādoquidē non irrationales.nonam fert figura triangula ſextam pentagona:hoc eſt quinquangula:quintā ſexangula,& tertiam nonangula.Triangulam nonā vtpote diebus nouem:atq; ſuper nona particula:quæ lateris accipit terminum.quoniā hæc ter ſumpta dies lunaris ambitus enumerat:qui ſunt ſeptem ſupra viginti cum tertij particula.ita p̄cipue aliæ ſunt attendendæ figuræ.

❡Quo anni tp̄e medicamē adhibendū ſit. Cap.VI.

VErnum tēp⁹ calidū,& humidū eſt:niſi aſtra alioꝛ ſum trahant.ob hoc ſanguinis eſt in corpore au gmētū. A eſtas calida,& arida:ideo flaua bilis tū augeť. A utumnus aridus,& frigidus,ob hoc au get atram bilem:& ſuppuratiões ſunt vtiq; cruētę, & aquoſæ.Hyems pituitā auget in corpore:quia quatuor in homine elemēta quatuor anni tpa reſpiciūt.Ideo ſolis conuerſio attēdēda,& ęgrotātis tēperatio: ac his inſpectis medicamē exhibēdū. Ac ſi verno tpe iuuenis ęgrotet,ex ſanguinis eſt multitudine:iō ſanguis forte detrahēd⁹:& q lateris morbo vexatur:vno,altero ve,aut tertio detrahendus die ſanguis: anteq̄ morbus imperet,& ſuccūbāt vires. Sāguinis aūt deſtractio a quintodecimo februarij die ſumat principiū. Ruſus incipiat a decimo ſeptēbris ad decimūſeptimū vſq; decēbris. Si p eſtatem lāguor inuaſerit:pricipiū morbi purgamen deſyderat:cōiectādūq; in primis:quis victus eſſe ęgri debeat:quo & ali,& pariter opē ferre aduerſum vim morbi poſſit:ſpectādaq; ꝑter oīa aſtra ſūt. In primis luna:quas,& cū quib⁹ habeat figuras:vt admonet Hippocrates plurib⁹ de qb⁹ hęc ſunt. A vergiliarū occaſu dies.xlv. Nēpe a mēſe decembri per ianuariū vſq;.hi dies augent pituitā.tū ieiunus vtere lauacris.labore,& re vti venerea licebit. A conuerſione hyberna ad vernā vſq; dies.xcij.Nempe a vigeſimo ſeptīo ianuarij ad aprilis vigeſimū octauū.Hi dies hūiditatē augent,& ſanguinē.vtere deābulationibus,& lauacris,& aridis cibis,re venerea,atq; laboribus. Ab æquinoctio aūt verno ad ortū vſq; vergiliarū dies.xlix. Nēpe a vigeſimo nono aprilis ad.xvj.iunij.hi augēt dies ſanguinem:ob hoc vino vtere bene olente,& re venerea,& laboribus. Ab ortu aūt vergiliarū ad ęſtiuū vſq; ſolſtitiū dies.xlj.Nēpe a decīo ſeptimo maij ad vigeſimū octauū vſq; iulij. Hi dies flauā augent bilem:ideo vtere dulcibus quidē:ſed aquoſis. Alui curam habeto. Abſtineto a re venerea,ac laboribus. A ſolſtitio æſtiuo ad ęquinoctiū vſq; autumni dies.xcij.Nempe

a.vigeſimo nono iulij ad.xxiiij.vſq; octobris.Hi dies atrã
augent bilem:ideo vtere calidis,& aquoſis:vino bene olẽti.
A ſalſore & re venerea abſtineto.Ab æquinoctio autumni
ad vergiliarũ occaſum dies.xlv.Nẽpe a.xxix.octobris ad
xij.decẽbris.hi dies augẽt ſuppurationes:ideo vtere acutis
& acribus,& re venerea,& laboribus.Epiſtolã ad Ptolemęũ
cõcludẽs Hippocrates,Hæc cuſtodi rex inquit,& vitæ cur=
ſum ſinę moleſtia perages.atq; hæc ita.

¶ De caloris,& humoris corruptione.
Cap.VII.

AT quoniã humore,& calore hoïs/atq; adeo fere
aïalis vita in corde& iecore fouetur:de humoris
& caloris corruptione pauca mihi referẽda ſunt.
Duobus igitur modis corrũpit̃ i corpore calor.
Vno cũ materia:altero citra materiã.Cũ materia:quũ ipſa i
corpore ſuccẽſa cor incendit,& in oïa mẽbra ęſtus ĩmodera
tos euomit:qui humorẽ exiccant,abſumũtq;.cuiuſmodi i
febribus eſt videre putridis.vbi ſolertib⁹ ſtudẽdũ medicis
vt vel ea e corpore educatur materia:vel ab ipſa natura con
ſumat̃:vt in aggregatore nr̃o diximus.Abſq; materia:cũ
ad intẽperiem aliquam ꝑductũ eſt:vt ęquabilẽ caloris,& hu
moris neutiq̃ habeat ꝓportionẽ.ibi dãda medico opera:vt
ad tẽperiẽ talẽ perducat:quę cõgrua videatur.Corrũpitur &
in humore huiuſmodi vitã ſuggerẽs ꝓportio:ſed quãtitate
& qualitate,& vtraq;,tam cum materia,q̃ ſine ea.Quãtita=
te igit̃ ſine materia:quę extraria:cum humor calorem exce=
dit:qui niſi exiccetur ſua redundantia calorẽ ſugillat,& ex=
tinguit naturalem:nõ multo ſecus,q̃ cum in lampade ſuc=
cenſa oleũ nimium ignem ſuffocat.vbi exiccandus,exhau
riẽduſve humor eſt ſuperflu⁹.Q̃d niſi fiat:extinguatur ca=
lor neceſſe ſit.cuiuſmodi eis ſolet accidere:qui cũ ad extre=
mum vſq; ſanguinẽ euecti ſunt,repẽtino ac ſubitario exi=
tio corripiuntur.Quantitate cum materia:quũ ipſa humo
ris natura:quæ nutrire quidem potuit,ſed caloris imbecilli=

tate obtorpuit,malaq; effecta eſt:qua ſuperfluēte calor opprimitur:cum obſiſtere nequeat,humor frigeſit,& in pituitoſum pingue cōuertitur. Sin calor exceſſerit:humorē conſumet,corpuſq; in maciem exterminabit,exundāteq; eſtu aliquādo morti deſtinabit. Ideo tales frequentiſſime acuto & incitato calore pereunt. Qualitas ſine materia eſt cū ex caloris imbecillitate humor in aliqd verti nō poteſt:vnde animans nutriatur. Tum medico elaborādum vt ad temperiē cuiuſmodi calor fuerit deducat humorē:aut ꝙ aquoſus humor:aut ꝙ minus aptus ſit:vt ſuccēdi poſſet,velut pinguedo, Amouendum igitur quicquid humoris obſiſtet. Qualitas cū materia eſt:cum humor ad alendum idoneus extrariam habet materiā:quę purgationibus educēda ſit. Cauſæ horum corporis per calorē,& humorē ſunt incōmodorꝫ variæ,aut ex locis,aut tpib⁹,aut exercitijs,aut cibis, aut potibus aut ex eis quæ affligūt animū perturbationibus,aut ꝙ præter viuētis naturam ſit humor exiguus,aut nimius,aut craſſus,aut tenuis. exiguus facile extinguitur:craſſus naturales impedit virtutes,pręcipuę capitis,animales. exilis minimo labori ſuccūbit,ac demoritur:perinde atq; inflatu nimio lumen tenue. Cauſę ſunt pręterea pręcipue attrita iam membra,aut exanclata,exhauſtaq; laboribus,aut ſenio cōfecta. Corrumpit ſiquidem ſtomach⁹ ſenilis humorē : quo ali corpus oportuit:ꝙ glutinoſus ex minima efficiatur concoctione,exuſtiſq; inhęreat membris:vt calorem ipſum exinde extingui neceſſe ſit. Id eſt ꝙ ſenes ſępiſſime ſpuunt & excreant,liquidoq; ſtercore exundant:& ſumpto auidius cibo,ac largius epulati plęrūq; intereunt. qđ ideo euenit ꝙ attrita iam membra,calorem non admittant:quem a corde ꝑ corpus diffundi diximus:ſed alieno,atq; extrario humore pro eo qui alat ſuccedit putrida materia: vt propemodum ſenſus amittantur.

¶ Deprehenſiones perfecte,& fideliter ſolutę ęgritudinis. Cap. VIII.

SOlutã eſſe perfecte, & fideliter, accipere oportet ægritudinem cum ad idem ſimul conuenerint ſolubilia cũcta. Siue igitur i pubertate cõfeſtim firmo modo iudicata fuerit ęgritudo, ſiue breui ter extra vigorẽ ſoluta fuerit fideliter: hęc erit dephẽſio. Pri mũ qdẽ, & maximũ ſignũ boni & fidelis criſis. ingeti prius appareãt in diebus inſignibus validis potẽtijs. deide die im pari criſis facta: & ꝑterea, ſi febris ſoluta fuerit, iudicato la borãte. & ab alijs cõfluẽtib⁹ caſibus ſi fuerit liberatus, colo riſq; melioris fuerit: tum facie, tũ reliquo corpore iuxta eua cuationis rationẽ, confirmatiorq;, & validior inter exurgen dũ, faciliſq; corpore in omnibus: inde cõcoctiones ciborũ, & eductiões, omneſq; naturales actiones ſine menda perfi ciãtur, confirmaturq; corpus iuxta rationẽ reſumptionis: & color cõmutatus ex eo qui contra naturã in eũ qui naturalis eſt. hæc optima criſis: & perinde de reliquo cõfidendum, & victu commodo veſci debet, & lauacris vti ſuis. ſi vero de ficiẽs ſit criſis: ſubteruerti ſolet ægritudo.

¶ Deprehenſio non perfecte ſolutæ ægritudi nis. Cap. IX.

COgnoſcimus aũt quos ſuſpicamur, nec certum qcq̃ habem⁹ redituros ex diſſoluta ægritudine in ſtatum bonũ ſperando: cũ ꝑmanere videmus vrinas, & pulſus palleſcere: & difficulter dimoue ri in melius: cæteraq;, quæ iam memoratis ſunt cõtraria: & vt paucis abſoluam, cum proportionaliter ſoluuntur, con uertendæ qualitatis ſpes non datur.

¶ Præſagium diei in quo moriturus eſt homo. Ca. X.

IN pnicioſis ægritudinibus cõſyderare conuenit paroxyſmos in ſingulis iniectionibus, ſiue quo tidie, ſiue in diẽ tertiũ, ſiue aliter fiãt paroxyſmi. Si aũt eſt febris nũq̃ deficiẽs: cõſydera vnde in diebus imparibus an parib⁹ difficilius habeat ægrotãs, ſcie re nãq; manifeſto cõuenit diẽ aut noctem, in qua fuit mole

ſtior expectatio facta, ægrot⁹ morietur. Et ſi aliquãto plus excedit ægritudo poteſtatem, cõfeſtim morieť. Sin aũt vis aliquãtũ obſiſtit: poterit pducere vnũ, vel alterũ diẽ moritu rus. Ad tp̃s declinationis vigoris puenire nullo mõ põt: raro nãq; morieť quiſpiã in vigoris declinatione rõne ęgritudi nis: niſi alta egritudo prius occuparit. Præterea neq; neceſſe eſt: vt ad pubertatis tẽpus moritur⁹ pueniat. vt plurimũ autẽ languentes in principio aut aſcenſu moriuntur.

¶ In acutis ægritudinibus quãdo inſpicere finem conueniat. Cap. XI.

NOn tentandum eſt ab acutis detentos ægritudinibus coniectura aſſequi: interitũ vt pronuncies ipſorum vel elapſum: in quib⁹ p̃cipue ſubitariũ imminet periculũ: facile nãq; tranſfluit horũ hu mor, & flagrantior, & vehementior eſt vis febris. in talibus nanq; febribus Hippocrates nihil tutum eſſe ait. In acutis enim (inquit) lãguoribus neutiq̃ tutæ ſunt definitiões, ſeu ſanitatis ſeu mortis.

¶ Q; perit⁹ noſſe poteſt: qua hora ęger ſit moriturus. Cap. XII.

CVm ſint particularis paroxyſmi tpa q̃tuor: obſeruãdũ eſt qua hora diei vel noctis ſeſe imittere grauior cõſueuerit paroxyſmus. Prætcrea ẽt in qua parte paroxyſmi graui⁹ habuerit ęger im miſſiõe, an in additamẽto, an in pubertate paroxyſmi: qua eñ hora ſolito magis oblanguerit oĩno morieť. Si igiť inie ctione paroxyſmorũ: moriũtur i magnis inflãmationibus: quę in principalibus ſunt partib⁹: aut ob craſſorũ humorũ multitudinẽ, glutinoſorũq; cõglobatim ęqualiter fluitãtiũ: & perfecte obſtipanť ſpiritus meatus: tanq̃ ſtrangulata, & extincta natura: veluti cũ multitudo lignoꝝ viridiũ flãmę iniecta, aceruataq; flãmã extinguit. In pubertate autem pa roxyſmorũ moriũtur vi & vehementia ægritudinis ſupata natura: vbi ægroti poteſtas, viſq; fuit. Hoc autẽ modo con

tingit etiam in additamento paroxyſmi ipſos mori. In deficiẽtibus autẽ vigoribus paroxyſmorũ moriuntur ſoluta ipſis vitali firmitudine. Obſcurior nãq; ꝓcidens ſemper in perniciosis deficientibus vigoribus paroxyſmi fit pulſus. Defluit nãq; cum alijs in corpore, tum etiam febrilis calor. Hinc videtur vulgaribus, & imperitis, tum meliꝰ habere cũ exurgit, & venter ducitur: vel alio modo mouetur: aĩa deficientes. Aliqui aliquantulum tũ ſudorem glutinoſum educentes vita deceſſerunt.

¶ De abſtinentia. Cap. XIII.

Duo ſunt abſtinentiæ genera: alterũ vbi nihil aſſumit æger. Alterum vbi nõ niſi qđ oportet. Initia morborũ, primũ famẽ ſitimq; deſyderant: ipſi deinde morbi moderationem: vt neq; aliud q̃ expedit: neq; eius ipſius nimiũ ſumatur: neq; etiã conuenit iuxta mediã protinus ſatietatẽ eſſe. Q; ſi ſanis quoq; corporibus inutile eſt: vbi aliqua neceſſitas famẽ fecit: quanto inutilius eſt in corpore etiam ægro? neq; vlla res magis adiuuat laborantem: q̃ tempeſtiua abſtinentia.

¶ De detractione ex Galeno. Cap. XIIII.

Quibus autẽ volumꝰ diuertere: binis diebus cõtinuis melius eduxeris: ac vbi multa fuerit opus detractione: vires tamen fuerint exhauſtę: ibi detractionem expedit diſpenſare: ac primam detractionẽ eſſe oportet minorẽ: vt rurſus auferas: ac ſi volueris ẽt tertio. Verũ cũ ſanguinis copia multa efferueſcit: vt acutiſſimã ſuccidat febrim: velut in eis quæ ſynochi nominantur: tum expedita, & vna opus eſt detractione quæ attẽdenda eſt vt eo vſq; fiat: quoad ſpiritꝰ oblãgueſcat: deficiatq; anima: vel cõſyderata potẽtiæ per pulſus. Ablatũ nãq; in nõnullis ſanguinẽ ſe peruidiſſe ferunt p̄ſtantiſſimi medici ſtatim ad libras vſq; ſex. Exiliente autẽ ſanguine oportet perpetuo pulſus attrectare: ne te lateat: ſit ne animæ defectus, an mors adueniens.

Quo tpe ſit detrahendus ſanguis.ex Galeno. Cap.XV.

IN omni diei noctiſq; hora, vrgente opportunitate, ſanguinem exige. In febricitātib⁹ paroxyſmi augmētū cuſtodiēdū eſt: aut p lippitudinē: aut p aliud eiuſmodi: ſine febri. Cū op⁹ fuerit ſanguinis detractione: magnitudinē doloris cōſydera, inflāmationiſve. qua em̄ hora dolorē mitigatū intuebere: ſanguinem educito. Q; ſi horū nihil vrgeat: pręſtabit matutino tēpore ſanguinem detrahere: non vtiq; ſtatim cū experrectus ſurrexerit e lecto: ſed vigilē ad horā modo vnā pſtolari expedit. aliquibus etiam melius eſt prius lauare: alijs pri⁹ deambulare: vel vtrūq; facere. quos autem obſeruatiōis cauſa leuandos ſanguine putamus: cōceditur: vt cū aliqua ſua conſueta obierint negotia, ſanguinis detractione leuentur.

De arteriæ ſectione. Ex Galeno. Cap.XVI.

COncidūt arterias medici in temporibus quidem propter oculorum diſtillatiōes: cum calidę ſunt: ac ſpiritoſæ. In occipite autem eiſdem hebeſcentibus acie: pręſertim in antiquis capitis ægritudinibus calidis, ac ſpiritoſis laborātibus. Atq; iterum ob multos antiquos circa caput languores vtunt̄ aliqui ea eductione ſanguinis ſecando pone aures arterias. Aliqui autem arteriam ſecare verentur: quo ſanguinis cōpeſcant eruptionē in cicatricem abeunte ſectione. in nonnullis dilatatur. Eruptione igitur ſanguinis ex arteria facta, expedit ipſam hamis reuellēdo totam oblique diſcindere: inde Aloen, & thuris manna diſſoluēdo, ac oui albumine madefaciēdo, molliculos leporis pilos adhibendo, qui plurimum medicaminis habēt, imponere: & ſolideſcet vuln⁹, cōſiſtetq; ſanguis.

De cucurbitula. Ex eis quæ ſcripſit Antylus. Cap.XVII.

NOn i lãguorũ primordijs,neq; in corpulẽtis,obeſiſq; corpib⁹ vtimur cucurbitulis: ſed cũ leuatũ totũ corp⁹ eſt:& ab eo ſubtracta ſupflua: nec amplius effluit e mẽbro cucurbitula leuato:neq; op⁹ fuerit mouere,& quatere,& trahere deſtitutũ in ea parte inutilẽ fluxũ. Cauẽdũ aũt eſt ne mãmę cucurbitulas admoueamus:quas ſi admouerim⁹ vehemẽter moleſtã faciũt ſublationẽ.tũ ſpõgijs ex calido auferẽdę ſũt cucurbitulę:ita nãq; cõſueuerũt remitti. Q; ſi nõ ita:pforãdę ſunt cucurbitulæ. Sciẽdũ aũt eſt nõ mõ i loco ſanguinis detractionẽ ex vena detrimentũ inferre:anteq̃ totũ corpus ſubleuetur:cũ ex languẽtibus partibus ſanguis auferr:ſed etiã ſi cucurbitula adhibeatur. Et ſanguinis q dẽ p venã detractio vna min⁹ periculoſa eſt:habita nãq; ratione illationis ad materiã ſanguis educit:at cucurbitula facta impſſione in materiã auellendo multũ amplectitur locũ:nõ ſenſibilis vaſis faciẽdo diuiſionẽ,euellit:iuxta rationẽ materiã euacuat:nõ ratione incedẽtis:ac ad hypochondria inopportune adiecta:pręſertim in ſynochis febribus:vel hemitritaicis:pcipue cõcuſſa lãguẽtis mẽte.& ſi ſuccũbãt ſenſus,ſuffocationes,& interitus eo die cõſequũtur.importune aũt capiti admiſſa lethargũ efficit,prociduntq; oculi.hæc vitanda: vbi bene accidit: omino hinc longus capiti aliquis languor inuehitur.

¶De Scarificatiõe. Ex Galeno. Cap.XVIII.

CItuitam Galenus non cenſet ſæpius per annũ cõmodũ eſſe diſtrahere ſanguine:q; cum ſanguine multus vitalis educatur ſpiritus:quo quidem foras ſcatente denſius/moles vniuerſa refrigerat: cunctaq; naturalia opera deteriora reddũtur.quare a remotiorib⁹ membris aufertur. Iuuat autem tum ſcarificatio: & oculos pridem ſtillantes:& circa caput affectiones alias: & circa thoracem:& anginas. Denſitates autem:quę poſt ſanguinis detractionem factę fuerint e toto corpore: ſoluere loci ſcarificatione oportet.

¶ De Sanguiſugis, ſeu Hyrudinibus. Ex eis quæ ſcripſit Antylus. Cap.XIX.

HYrudines, quas Sãguiſugas vocam⁹: cape tibi cuſtoditoq; ad diẽ vnã: obijce eis paucũ modo quo nutriant/ſanguinẽ. Cum autẽ mẽbro alicui eas op⁹ fuerit admouere: nitro, & dulciſſima bene abluanť aqua: inde ſanguine calefacto illiniať locus, poſtea ĩ purgatã mitte aquã hyrudines: ſpõgia ĩparũ fumidũ abſtergẽdo: ita admoueto: q̃ tumẽtes educere nõ ceſſabũt quoad ſalẽ ori immiſcuerim⁹: aut nitrũ: aut cinerẽ. poſteaq̃ exciderint ſpongijs locus eſt calefaciẽdo abſtergẽdus. & ſi ſanguis eruperit: cicidem vſtam, aut linteum vſtũ admoueas: aut ſpõgias humecta pice intingẽdo, & vrẽdo inſparge: ſuper neq; imponito chartam aceto aſperſam.

¶ De Humido radicali conſeruando. Cap.XX.

INtẽtio nãq; in cõſeruãda ſanitate eſt ipſas corporis partes humidas cuſtodire. Id cõmune eſt omni tẽperamẽto. Si autẽ fuerit cõtrariũ: hoc eſt aridũ: cito in ſenectutẽ omniũ animaliũ corpora producit. Vt potuit tẽperamentũ corporis ſemp humidũ cuſtodiri, Philippi ſophiſtæ oſtẽdit oratio: qua pnũtiat ſe facturũ immortalẽ. Nõ dubiũ certe quin lõgiſſimi ſit futurus tẽporis: qui nunq̃ exareſcat. Verũ humido victu ſuperfluitates, & multitudinẽ humorum generãte, difficile eſt ęqualem mẽſuram obtinere: vt non ęgritudinibus capiare: vt ne cito cõſeneſcas. quãto eñ tẽperamento ſunt optimi omniũ: ita ſunt ęui lõgiſſimi: qui humidiſſimi, tãto etiã magis alijs valẽt cũ corpus fuerit in tẽperamẽto retentũ. quẽadmodũ etiã validiſſimi ad extremã vſq; ſenectutẽ ſunt omniũ qui ĩ eade ſint ętate cõſtituti. Ob hoc laudať ab omnib⁹ propemodũ medicis, ac philoſophis: quicũq; corporis ĩtegre cognouerũt elemẽta: hoc eſt tẽperamẽtũ. Nẽpe etiã ſolũ quibuſdã viſum eſt naturale eſſe melius. ſiquidem alijs ſuccedẽts tẽ-

pore eſt:cũm a principio ſit deterius.& perinde qui i eo corpus ſuũ conſtituerit,ꝑnoſſe cõuenit:vt ante cibũ ſeſe exerceat,vtaturq; lauacris,cibiſq; idoneis:necnõ plurib⁹ excretionibus per vrinã & ventrem.nec quicq̃ prohibet:quo minus vtatur quandoq; pituitæ purgatione:purgationibuſq; tẽpeſtiuis,bonumq; ſuccum gignentibus ſuccis præ cunctis,vinoq; qd potu vrinam moueat deijciatq;.

¶Medicamina nutrientia:quæ mollificant,ventrẽq; ſubducũt. Cap.XXI.

Nutrientia nãq; medicamina optima(inquit Hippocrates)fuerint:vt valẽtibus qdẽ:ſed naturaliter aſtrictis aluo vtilis fiat inſpectio ,verũ ẽt ex morbo recidiuis,necnõ antiquo morbo languẽtibus,opem ferẽt huiuſmodi medicamina:vbicũq; delicate cõdita ammixtaq; fuerint.Nam vnũ modo ſimplex medicamẽ ad mollẽ reddendum ventrẽ:vel ad redũdantẽ humorem parũ modo ſoluẽdũ,ſatis erit deijcere volẽtib⁹. Ordiamur ab eis igiť:quę ꝑpotantur.¶Ex Theone vini purgatorij pręparatio. Sume tibi caſiæ,ſcamoneæ,ana vnciã. Vini xeſtes.vj.Hęc diſſolutiſſima immitte liteo,& plurimũ aſtringe:torque linteum rhacoſq; ipſum ſuſpẽde i vino, & ſine dies quinq; aſpgi.Inde ex eo vino dato ante cibũ dilutum aqua calida . & bilẽ purgare creditur.¶Vinum pituitã deijciens.Lathyridum purgatorum vncia vna .Nardi ſpicę grãmata.iij.vini xeſtes.v.conſtitue,vt dictũ eſt,& vtere. creditur leuare pituitoſos.¶Vinũ melãcholicis idoneum. Sume polypodis vnciam vnã:minutatim ſecãdo,& cribellando immitte in linteum:appẽde in vino xeſtium .v.& pmittito dies ſeptẽ aſpergi, datoq; vt iam dictũ eſt.¶Cõditũ flaua bili languẽtib⁹. Piperis drachmę.iij.ſcamoneæ vncia.j.apij vncia.j.vini xeſtes.v.mellis xeſtis.j.pri⁹ diſſolut

to ſpecies per ſeſe:deide etiam cum melle:mox vinũ inijce: ſinito ad dies.v.& vtere.¶Cõditũ phlegmaticis. Lathyri dũ vncia.j.piperis vncia.j.aniſi apij ſeminis ana vncia.j.vini xeſtes.v.mellis xeſtis.j.conſtrue:vt dictum eſt:& vtere. ¶Conditũ melancholicis.Polypodij vncia.j.apij ſeminis drachma.j.vini xeſtes.v.mellis xeſtis vna.

¶De Condimentis.

Cap.XXII.

NVnc pauca de condimentis loquemur:non agriculturę modo ſecuti authores: ſed aliquatenꝰ Peſani,Apicijq; veſtigia.& primũ.¶Vt carnẽ ſalſam dulcẽ facias. Carnem dulcẽ facies ſi priꝰ i lacte coquas:poſtea in aqua.¶Vt caro ſine ſale diu ſit recẽs. Carnes recẽtes,quas:quãtaſq; volueris,melle tegantur: vt vas pẽdeat:& quãdo volueris vtere. hoc per hyemẽ meliꝰ: ęſtate nõ ita. Idem de cocta carne facies. Collũ aũt porcinũ vel bubulũ,& vncella cocta vt diu durẽt.In ſinapi ex aceto ſale melle facta mittis vt tegatur.& quãdo volueris vtere, ac miraberis.¶Vt piſces fricti durẽt.Eodẽ momento quo frigunt̃,& leuant̃,calido ꝓfundant̃ aceto.¶Vuę vt diu ſeruent̃. Accipias vuas de vite illęſas,& aquã fluuialem ad tertias decoxeris,& mitte in vas in qđ vuas mittis:vas picatũ habeas,planeq; gypſatũ,& i loco frigido collocato in quẽ ſol nõ habeat acceſſum,& cũ vuas virides volueris,iuenies ¶Vt mala granata durẽt diu.In aquam calidam feruẽtem merge,& ſtatim leua:ac ſuſpende. ¶Vt mala cydonia diu durent.Elige mala ſine vitio cum ramulis, & folijs, & conde in vaſe:ſuffunde mel:defrutum:ac diu ſeruabis.

¶Ficum recẽtem:mala:pruna:pyra:ceraſia:vt diu ſerues omnia cum peciolis diligenter legito, & in melle ponito ne ſe contingant. ¶Vt ficus aridę durent. Fici aridæ ſi voles vt integrę ſint:in vas fictile condito:id amurca decocta vngito.¶Vinum ſi voles experiri duraturũ ſit:nec ne.Polentam grandem dimidium acetabuli in aliculum nouum

indito:& vini ſeſtariũ de eo vino qđ voles experiri eodẽ in-
fundito,& īponito ī carbones:facito vt bis,aut ter īferueat
tũ id pcolato:polentã adijcito:vinũ ponito ſub dio:poſtri-
die mane guſtato:ſi id vinũ ſapiat:qđ ī dolio eſt ſcito dura
turũ.ſi ſubacidũ erit:nõ durabit.¶ Si voles ſcire in vinum
aqua addita ſit:necne:Vaſculũ facito de materia hederacea
vinũ id qđ putabis aquã habere eodem mittito:ſi habebit
aquã:vinũ effluet:aqua manebit.Nã nõ continet vinũ vas
hederaceum.¶ Odorẽ deteriorẽ vino demere:Teſtã de te-
gula craſſã purã calefacito in igni bene:vbi calebit eã pica-
to:reſticula alligato teſtam:demittito in doliũ infimũ leni-
ter:ſinito biduo obli'ũ doliũ.ſi dẽptus erit odor deterior:id
optime.ſi nõ:ſępius facito:dum odorẽ malum dempſeris.

¶ Liber ſecundus pretioſę Margaritæ:in ſe cõtinẽs aucto
ritates atq; ſentẽtias memoratu dignas:ex Galeni:Auicẽ-
nę:Raſis:Haliabatis:multorũq; aliorũ clarorũ virorũ libris
in vnum collectas:quæ ad Roſam noſtram Gallicã pluri-
mum conducunt.

.§.I.

Oportet vt ī primis cogno-
ſcam⁹ ęgritudinẽ quę ſit:de
inde intẽdam⁹ poſt illud ad
medicãdũ ipſam.Hæc Ga
len⁹ ī primo regiminis acu-
torum cõmẽto tertio. Et in
libro quarto de igenio ſani
tatis capitulo tertio iqt.Vni
uerſaliter verũ ẽ:q; nullam
curãdi ſignificationẽ poſſu
m⁹ habere ab eis quæ igno
ta ſũt.Et ī li.v.eiuſdem ca-
pitulo quito.Sẽper ãte mẽ-
tis aciem paſſionis cognitionẽ habeas:nec tibi facile leueq;

hoc videatur. Cognita itaq; ęgritudine, debet deide ſapiēs & canonic⁹ medicus cauſam eius venari: quoniam nō ſufficit ſcire naturam ęgritudinis: ſed etiā cauſam cognoſcere oportet. Cū dicat Galenus in.ij. de febribus ad Glauconem cap.j. Iſtud moneo ante omnia: vt noueris diſcere cauſas ægritudinum. & in libro de typo, & tremore, & rectigagatione cap.v. Manifeſtum eſt: q; volenti curare laudabiliter: neceſſarium eſt cognoſcere cauſam vnde procedit eius ægritudo. Et iterum in primo de febribus ad Glauconem dixit. Attēde iſtud: vt cōſyderes ſemper in omnib⁹ ægritudinibus regionū qualitatem: locorū poſitionem: aeris tēperātiam: tēporum rationem: ętatem: cōſuetudinem ægrotantis: naturā corpis: & an vitio corporis ægritudo nata ſit: an extrinſecus venerit ex cibo: an ex corruptela aeris. Cū ergo hęc oīa bene pcogitaueris: & cognoueris: optime ſcies qd ad ipſam ægritudinem facere cōueniat: nā ſi cauſam ignoras: quomodo curas? ſi eñi neſcis an periculoſa ſit: an ſine periculo ęgritudo: quid niſi temere facis quicquid feceris: ſi ſanes: an potius occidas ignoraueris? Hæc ipſe. ·§·II.

¶Cum inuenis virtutem reſiſtētem tolerātes: abſcinde cauſam, & expelle humorē, & abſcinde cibū. Q; ſi inuenis virtutē deficientē: ſis occupatus in ęquādo cōplexionem contrariam ei: quare infrigida eam & viuifica cū cibo: cūq; fortis fuerit per viuificationem eius: & vincit cōtrarium ſuum redi ad cauſam. Hæc Auicēna in prima quarti tract.ij. cap.vij. Quę fuit Galeni ſententia in tertio Therapeuticę ca.x. dicentis. Si diſpoſitio quā curare eligimus indiget euacuatione: imbecillis autem virt⁹: vtile fuerit eorum quę diſpoſitionem ſanant: nihil laborāti offerre in illo tempore omni ſecundum qd renutriemus virtutem. Cum autem intantum fortitudinis veniſſe eam extimauerimus: vt aut nihil: aut parum ab euacuatione lędatur: tunc ad diſpoſitiōis ſanationem incedamus. ·§·III.

¶Neceſſe eſt: vt reſpicias ad ęgri virtutem: & ad impetum

cauſę:& ad quãtitatẽ viriũ eius q ęgrotat:& ad qualitatem morbi:vt ne forte nõ reficiẽdo ciborũ refectiõe vires ęgroti cõſumas:& fortiter abſtinẽdo ad periculũ ducas. Hęc Galenus prio ad Glauconẽ. Sicut idẽ ſcripſit in ſcđo Therapeuticę ca.ij.cũ dixit. Et ꝑpterea medic⁹ ſapiẽs id minime facere præſumat:niſi pacutiſſima foret ægritudo:& virtus valde robuſta.

.§.IIII.

¶ Vbi ſecundum acumẽ ægritudo cõtinuos & vltimos labores habet:vltima & tenuiſſima dięta neceſſarium eſt vti: vbi autem non:nõ. Sed cõuenit groſſius reficere:& tantum ſubcondeſcẽdere quãtum ægritudo mollior fuerit vltimis Hęc Hippocrates in primo aphoriſmorũ aphoriſmo.vij. Et in aphoriſmo.ix.eiuſdem inquit. Contemplari oportet ægrotantem:ſi ſufficiat dięta ad ſtatum ęgritudinis:& vtrũ ille deficiat prius:& non ſufficiat dięta:aut ęgritudo deficiat &c. Et in.x.eiuſdem. Quibus cõtinuus ſtatus:continuo, & tenuiter reficere oportet. Quib⁹ vero poſterior ſtatus:ad id, & ante id parum auferendum:prius vero vberius reficiendum:vt ſufficiat ægrotans.

.§.V.

¶ Nutricatio non menſuratur niſi ſecundum ſtatus propiquitatem & longitudinem.vt vult Raſis in.x. Almãſoris cap.xxiij. Similiter etiam Auicenna in.iiij.primi ca.j.cum ait. Quando ægritudo plus principio propinqua fuerit:& accidentia magis quieta:nutriemus virtutem cõfortantes: & quãtum ęgritudo ſecundum augmentum proceſſerit: & accidentia etiam ibi augmẽtata fuerint:minuemus dietam propter fiduciam ꝙ virtus nõ reſoluetur: immo vt alleuietur i hora luctaminis. Et in prima quarti tractatu.ij.ca. viij. de cibatione febricitantiũ. Dignior horarum ad ingroſſandum eſt principium:in quo virtus non eſt multũ occupata. Et dignior horarum ad ſubtiliandũ eſt ſtatus in quo eſt vehementia occupationis naturæ in pugna materiei.&c.

.§.VI.

¶ Vnum commune oportet habere præceptum. Efficien-

tem vnamquãq; cauſarum abſcindere prius:deinde ſic venire ad eam,quæ facta eſt,diſcraſiam.Hęc Galenus in tertio techni.Et in primo Therapeuticę ca.xj.ſimiliter inquit. Ad cauſam ſemper ibimus cognoſcentes q̄ non eſt poſſibile finaliter vllam diſpoſitionē ſanare adhuc manēte cauſa faciente eam,& in quarto eiuſdem cap.j.Cauſam ſanare oportet primum:non negligentes extinguere febrem:quæ ex ea accendi anticipauit.& in quinto eiuſdem cap.iij.dixit Febrem ſanari impoſſibile eſt:niſi ceſſet putredo.Ceſſare eam impoſſibile eſt manēte cauſa.Abſcindere igitur oportet cauſam eius:ſi debet prior quidem putredo,poſtea vero febris ſanari &c.Et propterea inquit Raſis in.x.Almanſoris ca.ij.Febris enim illico ſedabitur cum cauſa eius remota fuerit.Et Auerrois in.vij.colliget.Cū accidens non timetur tūc ſtudeas cauſam totaliter remouere:quoniā taliter ipſum infirmum curabis complete. .§.VII.

¶Scias q̄ eſſe contentus ī frigidatiōe:& dimittere phlebotomiam:& ventris ſolutionem:addit in oppilatione,& coarctatione.Quare additur putredo,& caliditas in febribus. Et Raſis in libro de ægritudinibus iuncturarum ca.xviij. ſic ſcribit.Vnguēta/& emplaſtra,quando corpus fuerit plenum multis humoribus,attrahūt humores ad loca magis q̄ diſſoluant.Quod ſenſit Galenus in.v.libro Therapeuticę cap.xv.dicens.Neq; balnearem vtiq; aliquem eorum: qui in putredine febrium:neq; frigidis vterer cataplaſmatibus anteq̄ euacuarem ſuperfluitates.Euacuatis vero iā cōfidenter & cataplaſmarem:& balnearem. .§.VIII.

¶Ex plenitudine quæcūq; ęgritudines fiunt,euacuatio ſanat:& quæcunq; ab euacuatione plenitudo:& aliorum contrarietas.Hęc Hippocrates ſecundo aphoriſmorum aphoriſmo.xxij.In cui⁹ commento Galen⁹ inquit.Neq; diuti⁹ in his immorandum eſt:cum omne contrariū ſuo cōtrario ſit medicādum.qđ oſtendit ipſa natura morborū:& accidētia morbos comitātia.Et in cōmēto.xviij.primi regiminis

acutorum. Medici intentio non eſt niſi opponere contrarium contrario: vnde curatio febrium eſt per infrigidationẽ. Et in tertio techni textu cõmenti. lxxxij. ſic ait. Curatio quidem vnum habet modum: & maxime cõmunẽ intentionẽ ſcilicet ei quod ſoluendum eſt, contrarium. .§.IX.

❡ Sunt autem ęgritudines: hæ quidem ab igne, hę vero ab humiditate. Curantur autem ægritudines, quæ quidem ab igne, humiditate, quæ vero ab humiditate ab igne: humiditatem enim ignis exiccat. Hęc Ariſtoteles in prima problematum problemate vltimo. Et Hippocrates in q̄nto aphoriſmorum aphoriſmo. xviij. dixit. Quæcunq; infrigidata ſunt: calefacere oportet. & ſupple quęcũq; ſupercalefacta infrigidare neceſſe eſt. cum curatio quælibet per contraria fieri debeat. .§.X.

❡ Non ſunt pauciores ægritudines: quę cum defectu accidunt, q̄ quę ex ſuperfluitate procedunt, & in hoc magiſtrorum error exiſtit: qui ſtatim ad purgandũ ſunt prõpti. Hæc Raſis lib. vj. ſuorum aphoriſmorum. Similiter Damaſcenus ait. Morbi ex pœnuria quãtitatis nõ minus, q̄ de plenitudine nimia naſcũtur: vnde medici multi in temeraria purgatione delinquunt plærunq;. .§.XI.

❡ Secundum multũ & repente euacuare: aut replere: aut calefacere: aut infrigidare: aut aliter quomodo libet corpi mouere: fallax eſt: & omnino naturę inimicum. paulatim vero certum: & ex alio ad aliud tranſire non aliter decet. Hęc Hippocrates ſecũdo aphoriſmorum aphoriſmo. li. Et Galen⁹ in tertio techni textu commenti. lij. Medici quidem diſpoſitiones corrigere debent ex multo ſtudio paulatim tranſferentes in melius: quoniam non ſuſtinet natura repentinas immutationes. .§.XII.

❡ Oportet nos incipere a paruis & minimis medicinis: quibus non pręualentibus fiant fortiores: & magnę. Quod cõgruit paſſionibus: in q̄bus patientes ſecuri ſunt de vita: ſed his, in quibus infirmus moritur: minime. immo fortiorib⁹

indigemus. Hęc Galenus in.v.de ingenio ſanitatis cap. vltimo. Et i ſexto Therapeuticę cap.vj. Alteratio: quę paulatim fit, nunq̃ petit dolorem facere: ſed neceſſariũ eſt repentinam ſimul & violentam fieri tranſmutationẽ: ſi debet aliquis dolor fieri. Quod etiã ſentit Auicenna in quarta .j. ca. j. cum dixit. A debilioribus ad fortiora eſt procedẽdũ: quãdo debiliora non ſufficiunt. .§.XIII.

¶ Mutatio vehemens corpora corrumpit: & propterea nõ eſt ſubito alterandum: neq; repente euacuandum: cum euacuationis ſuperfluitas innati caloris naturam deſtruat. Hęc Ariſtoteles in prima problematum ꝓblemate. viij. Et Auicenna quarta primi cap.iij. Omnis euacuatio, quæ eſt ſuperflua, ſecundum plurimũ febres generat. & ideo concludit i quarta tertij cap.v. circa finem. In euacuatione cõueniẽtius eſt vt multiplicetur nũerus eius: & minoretur quantitas eiꝰ in omni vice: quatenus conſeruetur virtus. Cuius ſimile voluit in.xiiij.iij.tract.iiij.cap.xiiij. cum ait. Rectius quidẽ eſt vt euacuatio non fiat in vice vna ſubito: & cadat virtus: immo paulatim: ne ipſa perueniat ad multam debilitatem. Et ideo concludamus cum Galeno ĩ.vj. Therapeuticæ ca.iiij. ſic ſcribẽte. Si euacuatio & alteratio fiat paulatim, opꝰ erit ſanatiuę artis. Si vero repẽte: & ſcd̃m m̃ltũ: mime .§.XIIII

¶ Quod magis dilectum eſt apud me: ẽ adminiſtratio clyſteriorum ſecundum vltimitatem: qua indigetur in virtute id eſt ſecundum vltimam vtilitatem. Ex Auicẽna in .xiiij. primi cap.xvij. Et in cap. eiuſdem tractatus. Clyſteria ſunt magis dilecta in principio ęgritudinis q̃ ſolutiua alia. quod ſenſit Hippocrates in lib. de pharmacijs circa finẽ cum ait. Si quem oportet clyſterizare, cõgruit quotieſcunq; volueris: minꝰ enim periculoſum eſt, q̃ pharmacias purgatiuas tradere. .§.XV.

¶ Corpora vbi quis vult purgare, oportet fluxa facere. Ex Hippocrate in ſecũdo aphoriſmorũ aphoriſmo.ix. In cuius commento Galenus inquit. Subtiliandi ſunt humores

groſſi,& viſcoſi:& etiam ſunt aperiendi pori:id eſt canales: quibus valeant currere:& medicaminibus extrahi:& expelli facile temperata medicina/qua non conturbetur natura. Quod qui neglexerit:& ad medicinam tantum intenderit: humores groſſos,& anguſtioſos reddit: & cum nimijs torturis:defectionibus quoq; & vertiginibus multis: & pulſibus inordinatis:& his ſimilibus. Quod etiam dicit in tertio Techni cum ait. Digeſtio facit ceſſare putredinem manēte ſubſtātia. Et in libro primo de criſi cap.ix.cum inquit. Nō expedit tibi vt adminiſtres medicinam ſolutiuā:niſi poſt q̄ digeſta eſt ęgritudo:& non in principio,vbi cruda eſt materia,oportet. .§.XVI.

¶In chronicis ęgritudinib⁹ maturatio tātum, & nihil plus expectandum eſt:& in acutis etiam ægritudinibus maturationem expectare melius eſt: & præcipue cum quietæ fuerint. Q; ſi mobiles extiterint:tunc ad euacuandum materiam feſtinare erit melius:quoniam impedimentum motus eius eſt maius q̄ ſuę euacuationis nocumentum: anteq̄ ipſa ſit matura:& proprie cum humores fuerint ſubtiles: & in concauitatibus venarum. Hæc Auicenna quarta.j.cap.iij. Et infra ſubiunxit. Cum humor fuerit in vno membro cō prehenſus,nullo modo moueatur donec maturet:& eſſentiam habeat temperatam. Et illud quod magis cuſtodire debemus in euacuatione,eſt canalium habitudo ne ip̄i ſint clauſi.quod tibi poſſibile erit:ſi ante maturationem ventrē ſoluas:id eſt materiam cum lenibus minuas. Et in quarto eiuſdem ait. Ex cauſa timoroſa eſt:vt medicina ventris ſolutiua ſumatur fere in inteſtinis exiſtēte ſicca:immo expellenda eſt:ſaltem cū clyſteri:aut iure mollificatiuo. Et in prima quarti tracta.ij.ca.vij.ſcripſit. Non euacues materiam indigeſtam in calido:neq; in frigido:niſi propter neceſſitatem. Et infra. Si non eſt digeſtus humor non moueas: niſi in principio:apud ſtatum vero non moueas aliquid donec vincat natura & digerat. Quæ fuit Hippocratis ſnia in pri-

mo aphoriſmorum aphoriſmo.xxij.dicentis. Digeſta me dicari,& mouere nõ cruda niſi in pricipio fuerit furioſa &c.

·§·XVII.

¶Et caue in purgãdo melãcholiã:& quẽlibet aliũ humorẽ: & p̃cipue groſſum:quia nõ debes ſemel purgare: ſed ſæpe. Iſti em̃ humores non ducenť in multa quãtitate in vna purgatione. Hæc Raſis in lib. de ægritudinibus iuncturarum. cap. vij. Quæ fuit Galeni ſnia in primo Therapeuticæ ca. vltimo dicentis. Oportet quidem non repente, neq; ſemel fortibus tẽtare ſanare pharmacijs: ſed tpe magis caute, id ẽ paulatiue. & ſimiliter Hippocrates in primo aphoriſmorũ apho.iij.cum inquit. Cõpreſſiones:id eſt euacuatiões ad vltimum ducere fallax eſt: ſed qualis natura fuerit ſuſtinentis ad hoc ducere. Similiter & inanitiões ad vltimũ ducẽtes fallaces. Et Auicẽna in quarta.j.ca.xx.ait. Ad ſummũ melius eſt vt phlebotomiæ vices ſint multę q̃ vt ipſi⁹ quãtitas ſit multa. & infra. Ex iuuamentis ſecũdatiõis eſt:q̃ phlebotomati virtutẽ cũ perfectione ſuæ euacuationis quæ eſt neceſſaria conſeruat.

·§·XVIII.

¶Alienatio a medicinis vehemẽter frigidis factis ex eis quę ſunt ſicut papauer,& opium,& reliqua huiuſmodi: nõ eſt tibi neceſſaria:niſi apud vehementẽ neceſſitatem,& fortem dolorẽ. Hæc Auicenna in prima.iij.ca.xxix. Et ſi narcotica,& ſomnifera tibi neceſſaria ſunt propter doloris vehemẽtiam: vtere eis cum cautela & timore. Hæc idem in eodem. Et in cap.xiij.eiuſdem ait. In ęgritudinibus,& doloribus ventoſis non eſt narcoticis vtẽdum: ſicut quidam pręſumptuoſi quandoq; audent adminiſtrare apud doloris vehementiã,vt inde ſedetur dolor in hora. Sed ipſe poſt horam vehemẽtius excitatur q̃ prius fuit:propterea q̃ prohibet reſolui ventoſitatẽ. Et in quarta.j.cap.xxx.dixit. In dolore cholico,& exhibitiõe narcoticorũ magnificatur malus finis:quoniam materiã augmentat:& frigus: & congelationem,& clauſuram.

·§·XIX.

¶ Stupefaciētis cōplexionē cōſiderare debes:& ipſius qualitatem:& vt qđ ex eo eſt facilı⁹ dones: & vt tribuas id qđ ē cū ſuis theriacis cōpoſitū:niſi res fuerit maxima,quę forti ī digeat ſtupefactione.& prius exterius erunt applicanda:& ſic etiā nō conferentibus interius.poſtremo in pauca quāti tate & cū maximo timore:& præmiſſa ꝓgnoſticatiōe propi netur:vt fortis dolor ſedeť:& ne virtus totaliter reſoluatur. Hęc Auicenna in quatta.j.cap.xxx. .§.XX.

¶ Debet medicus omní ſuo īgenio ſedare dolorē prīo cū rebus vere curātib⁹:ſi eſt poſſibile.Nā dixit Galenus ī.vj. aphoriſmorum cōmento.xxxj.Sūt medicinę mediocriter calidę:calefactiōis cōſuetudo dolorē mitigare aliquandiu. Et in.vj.de īgenio.cap.ij.dixit.Aqua calida mitigat dolorē oīs apoſtematis.Et in.ij.de febrib⁹ ad Glauconē ait.Mediocrē dolorē ſępe adhibita extrīſec⁹ calefactio,vel euaporatio ſola per ſeipſam totū curauit:vľ minuit cām .§.XXI.

¶ In primis oportet maiorē habere ſollicitudinē de re:quę maiorem incurrit terrorē:regendo illud etiam qđ eſt ſub ea. Hæc Auicenna in.iij.primi doctr.ij.cap.xij.Et in.iiij.primi cap.vltimo.Cū multę cōiungūtur ęgritudines,ab ea incipere debemus:in qua vna harū trium ꝓprietas exiſtit.Vna earum eſt ꝙ alia ſanari nō poteſt anteꝗ ipa ſanetur:ſicut apoſtema,& hulcus cum cōiungitur.medicamur eñ apoſtema donec cōplexiōis malitia,quę cū eo venit,remoueať:abſq̧ cui⁹ ſanatiōe hulc⁹ ſanari non pōt:poſtea vero medicamur hulcus.Et ſecūda eſt:cū vna ęgritudo cauſa fuerit alterius ſicut cū accidit oppilatio,& febris.medicamur eñ oppilationem pri⁹:deinde febrē.& ſi nobis neceſſariū fuerit oppilationem aperire cū eo in quo aliqua exiſtit caliditas:nō curabim⁹ de febre:quoniā īmpoſſibile eſt vt febris remoueatur cauſa ipſius remanēte.Tertia vero cum fuerit vna earū de qua maior ſollicitudo ſit habēda:ſicut ſi cōiungať ſynochus,& paralyſis.medicamur eñ ſynochū extinguēdo:& phlebotomādo:& paralyſim nō curabimus.Cū aūt ęgritu-

do & accidẽs cõiungũtur: a ſanatione ęgritudinis icipiem⁹. Et ſi accidens ſuperauerit: tunc accidentis curã habebim⁹ & ęgritudinẽ non conſyderabimus: ſicut in cholica damus ſtupefacientia propterea: vt doloris fortitudo remoueatur: licet ipſi cholicę impedimentũ faciat: &c. In tertia quoq; ter tij canonis tracta. iij. cap. xxiiij. Cum duæ cõiungũtur ęgri tudines: oportet vt vehementiorẽ earum diligẽter attẽdas.

.§. XXII.

¶ Dicamus igitur, & concludamus cũ Haliabate in primo Theoricę cap. ij. cũ dixit. Oportet medicum lectione occu pari: ſtudioq; cõſyderationis librorum: nec negligat aut fa ſtidiat eos. Die quoq; , ac nocte cogat ſeipſum ad eorũ cu ſtodiã, & memoriã in eundo: quo omnia conſeruet neceſſa ria, & de ſcientia, & de operatione: reuoluat & exerceat in eis ſuam mentem: vt non omni tempore egeat librorum cõſy deratione. Hæc ipſe.

¶ Peroratio de aſſidua dei deprecatione.

.§. XXIII.

¶ Supeſt vt deo & dei amicis aſſiduis ſupplicatiõibus nos cõmẽdemus, & vt amici Iob ęgrotanti conſulebant ad deũ conuertere: ſic futurum eſt vt ſaluis mercibus, & naui, velis paſſis, ventiſq; ſecundis cum magno meritorum prouẽtu ac fœnore portum ſempiternę quietis introeamus. Quam nobis cõcedat pater miſericordiarũ, & deus totius conſola tionis: q conſoletur nos in omni tribulatione noſtra. Amẽ.

¶ Finis huius pretioſæ Margaritæ diligentiſſime cũ annotationibus ſuis. Apud Nanceium Lotharingię primarium oppidum: ad octauũ Calendas Ianuarij. Anno ſalutis noſtræ. MDXII.

Preclariſſimum artium,& medicinę doctorē:do
minū Albertum de Podio:Chriſtianiſſimi noſtri
regis cōſiliariū ac ſimul phyſicum digniſſimum:
Symphorianus Chāperius Lugdunēſis:illuſtriſſi-
mi Ducis Lotharīgorū,Calabrū/& Barrenſiū &c.
medicus primarius,Salute plurima impartit.

CVm multi libelli q̄ plurimaq; opera vir
doctiſſime,hac potiſſimū de cauſa ſępiꝰ
legantur : ꝙ viris optimis ſapientiſſimiſ
ve dicata ſunt:ego hoſce meorū ſtudiorū labores:
ſeu magis lubet,hęc nugamenta gerris ſiculis va
niora ſub tuo noīe edere cōſtitui.quę cum legētes
viderint tibi ī quo artes illas liberales de excellen
tia inter ſe certare iā norūt oēs,eē dicata:auidius
legant,reuerētiuſq; obſeruent.Sunt enim medici
nę rudimēta:additis,quę conuenire videbātur,ex
probatiſſimis:quātū potui:ſcriptoribus:& in pri-
mis.G.luce doctrinarū ſplendidiſſima:quorū ver-
ba ſæpiuſcule īter legēdū notabis.Nec de omnibꝰ
ſed quę crebra lectione occurrerūt,memoria,inge
niumq; ſuggeſſit:his eqdem multa:illa vero q̄plu
rima:apes ex floribus hęrbantibuſq; pratis mellile
gulas ſecutꝰ ī ſchedulas calamo digeſſi,magis di
ctionū ſtudēs interp̄tamētis q̄ locorum ſingulorū
idoneis. Et breuiuſcule fortaſſis q̄ decebat elabo-
raui.Sed nemo omnia ſcire & rimari pōt : homi-
nes ſumus.Mihi autē ſatis eſt huius materię: quā
publicę vtilitatis cauſa ſuſcepi:maximā partē tra